

IVS  
SAR  
TAE



Biblioteca Valenciana



A standard linear barcode is positioned vertically in the center of the card.

31000005086411

X/56 α u



SYNODVS  
DIOCESANA, VALEN-  
tiæ celebrata, præside Illustrissimo ac Re-  
uerendissimo D.D. Ioanne Ribera Pa-  
triarcha Antiocheno, & Archie-  
piscopo Valentino. Anno

1578.



Valentiæ apud Aluarum Francum, & Gabrie-  
lem Ribas. Anno 1594.

CV CONV 2

EL AVANTAJE DE LA  
COSTURA EN EL TECIDO  
DE ALGODON  
CON UNA VISTOSA  
ESTILO.



ALGODON MEXICANO  
100% COTTON

EDICTVM AD CELE-  
BRANDAM DIOECESA-  
nam Synodum conuocato-  
rium.



OS Ioannes Ribera Dei et Apo-  
stolicæ Sedis gratia Patriarcha  
Antiochenus, & Archiepisco-  
pus Valentinus admodum Reverendis, &  
in Christo dilectis Capitulo, Dignitatibus, et  
Canonicis nostræ Metropolitanae Ecclesiæ,  
& Reverendis Capitulis Ecclesiarum colle-  
giatarum huius diœcesis Valentinae: venera-  
bilibus Abbatibus, Plebanis, Rectoribus, ac  
reliquis presbyteris curam animarum geren-  
tibus, quibus ex iure, vel antiqua consuetudi-  
ni competit Synodo diœcesane interesse:  
Magnificis huius diœcesis viris, quacunque  
dignitate, vel officio fungantur: ac uniuersis  
ad quos sequentia pertinebunt, in Domino  
nostro Iesu Christo salutem.

Quinquam nos ipsi paterno, ut decet, af-  
fetu hanc nostram diœcensem aliquoties visi-

I 2 bantes

## EDICTVM.

zantes, diligentis studio quæ in ea corrigi deberebant, quæq. in melius prouehi possent, inuestigauerimus: ac de singulis, quæ ad Dei cultum, & ecclesiærum utilitatē facere posse videbantur, priuatim a vobis certiores fieri voluerimus: nihilominus aequum esse duximus, & iuris sanctiones sequi, & sanctam illum, ac laudabilem eorum, qui nos in hoc munere præcesserunt, consuetudinem imitari, qui aliquando diocesanas synodos congregatae gregem suum salutari hoc animarum pastore refecerunt. Id enim saluberrimum, ac præsentissimum esse remedium ad mila corrigenda, & ecclesiærum splendorem restituendum, ac conseruandum, sancti simi Patres semper iudicarunt, & nos etiam in dies misericordie experimur. Quare vos omnes, qui iure, vel consuetudine ad hoc obstringimini, monemus, atque hortamur: & profanta, quam nobis debetis, obedientia, & sub pœnis etiam, & censuris in iure contentis vobis præcipimus, ut postquam nostris his literis vocati fueritis, ad decimumquartum calendas Nouembbris

proxi-

# EDICTVM.

proxime futuri, qui dies erit Dominica ter-  
tia mensis Octobris, in hanc nostram Archie-  
piscopalem domum conueniatis: aut certe, si  
vel morbus, vel aliud canonicum impedimen-  
tum obstiteric, legitimos vestros procurato-  
res cum autoritate mittatis. Eo enim die, di-  
uina ope, & favore adiuti, dicecesanam Sy-  
nodum inchoare decreuimus: in qua ea om-  
nia, quæ a l'eccliarum bonum facere vide-  
buntur, vobis proponere liceat: nosque com-  
muni consilio ea statuere valeamus, quæ iu-  
ste ac sancte constituenda esse censebuntur.  
Ut in hunc modū diuinus cultus augeri pos-  
sit, ecclesiarum decor resplendeat, & anima-  
rum saluci bene consulatur. Porro libellos, in  
quibus scripto mandubitis, quæ a vobis pro-  
ponenda erunt, ante designatum diē ad nos  
mittite: ut sensim ea legere, & mature per-  
pendere possimus; priusquam de eis decreta  
ulla ferantur. Magnificos vero ciuitatū, op-  
pidorum, & locorum Iuratos, & alios quo s  
cunque honorabiles huius nostræ dioecesis vi-  
ros in Domino hortamur, vt, si quæ eis occur-

## EDICTVM.

stant, de quibus in predicta Synodo agi, ac  
eriam de illis aliquid constitui debere videa-  
tur, ea ad nos deferant: quae cum diligenter  
considerata fuerint, prout ecclesiarum & to-  
tius populi bono conuenire intelligemus, a  
nobis decernentur. Verum cum sine diuino  
auxilio nihil fieri boni, sed ne cogitari quidem  
possit: omne enim donum perfectum de sur-  
sum est, descendens a patre lumen: oran-  
dus Deus erit, ut & vobis ea suggestat, que  
utiliter proponantur: ex mentem nostram  
cælesti suo lumine illustret, ut ea constitua-  
mus, quæ ipsi in primis grata sint futura.  
Quia propter vos maxime hortamur, ut pu-  
ras manus sine ira & disceptatione, ut dice-  
bat Apostolus, leuantes, magna animi devo-  
tione pro hac re Domino supplicetis. Ceterū  
si vestrum aliqui ad prescriptum diem non  
adfuerint, eorum absentia non obstabit, quo  
minus ad celebrationem dictæ Synodi, ut ius  
& equitas postulant, procedamus: testa-  
murq. nibi' roboris & autoritatis Synodi  
decretis obeorum contumaciam detractum  
iri.

# EDICTVM.

Quod autem ad hanc literarum presentationem vobis faciendum attinget, si quis eis ad vos deculerit, fidem indubiam abibebimus: quas etiam, ut huius Synodi convocatione sit omnibus manifesta, ad valvas nostre Metropolitanæ Ecclesiae affigi & publicari mandabimus. Datum in monasterio Cartusiensi Portæ cœli in hac nostra diœcesi constructo. 5.

Calendas Augusti.

1578.

I 4

JOAN-

IOANNES RIBERA PATERA  
TRIARCHA ANTIOCHENVS

& Archiepiscopus Valentinus, omnibus  
bius diæcessis Christifidelibus Salu-  
tem in Domino.



Sque adeo hac nostra ætate, hu-  
mani generis hoste assiduè in a-  
gro Domini zizania super semi-  
nante, praui hominum mores inualuerūt,  
vt nisi efficacia subinde remedia adhibeantur,  
in multis certe vix religionis ratio,  
vix aliquis disciplinæ splendor constare  
possit. Quare iustissimis rationibus per-  
suasi Concilij Tridentini patres statuerūt  
vt Diœcesanę Synodi tam à Metropolitanis,  
quam Episcopis frequēter celebra-  
rentur, vt in eis multorum collatis senten-  
tiis, ea decerni possent, quæ reformatis  
hominum moribus, & illorum vitæ bene,  
sancteque instituendę essent accomoda-  
ta. Ut enim non desunt, qui virtutis amo-  
re libenter ad bonum ducuntur, quibus  
neque

## EPISTOLA.

neque nouis statutis, neque lege vlla, quę  
poenam minetur, ad recte agendum sit o-  
pus: ita certe multos reperias, qui nisi le-  
ge velut frēndō coercentur, & poenis à  
scelere reuocentur, in omne flagitorum  
genus se se dedant, & velut laxatis habe-  
nis quocunque sine iudicio ferantur. Cū  
igitur in hoc munere, quod Dei bonitati  
acceptum ferimus, nihil vñquam tam op-  
tauerimus, quām vt, si qui in hac diœcesi  
abusus essent, tollerentur: vitia corri-  
rentur: sanctiones & decreta patrum ad  
mores recte informandos sancte consti-  
tuta ab omnibus obseruarentur: denique  
vt nostri in hoc munere administrando  
coadiutores, quibus parochialium ecclē-  
siarum cura incumbit, ad diuinum cultū,  
communęque plebis bonum, potius quā  
ad priuata commoda, omnes animi sui co-  
gitationes conuerterent: dedimus operā  
vt facta omnium, ad quos id ex iure, vel  
confuetudine competebat, conuocatio-  
ne, hæc diœcesana Synodus in hanc ciui-  
tatem

## EPISTOLA.

tatem congregaretur: in qua de his, quæ ad commune nostrarum ecclesiarum bonum pertinerent, communi multorū consilio deliberaretur. Quod sanē, cùm ea prius aliquot dierum spatio diligentī studio communiter contulissemus, quæ vel prohibenda nostris, vel præcipienda esse videretur, diuino fauore absoluimus. In quo illud considerauimus, legum multitudinem à viris prudentissimis raro probari solitā. Cum enim leges hominum mentem ad bonum dirigere debeant, si frustra tamen multiplicentur, ita illā ad varia distractahunt, ut tam multis præceptionibus quodammodo ab ipso etiam fine diuelle-re videantur. Idcirco illa tantum statuere, quæ præsenti nostræ dioecesis statui necessaria essent, decreuimus: cū & alia pleraque, ut tempus illud exigebat, à præcessoribus nostris Archiepiscopis pio animi affectu & zelo, quo plurimū valebant, sanctissime iam constituta essent. Hęc igitur pauca à nobis tantum statuenda fuerunt,

quæ

## EPISTOLA.

quæ illorum statutis addita, huic temporī sufficerent. Quia tamen frustra leges conduntur, si consopitæ, & velut demortuæ perpetua obliuione obruantur: quod tūc certē fit, cūm non solum non obseruātur sed à multis etiam contemnuntur: ideo vos omnes, potissimum eos, qui ad ministerium curæ animarum asciti estis, quantum in nobis est monemus, & paterno affectu hortamur, vt ad hęc & alia obseruanda, quę splendorem animabus afferre possunt, conatus omnes vestros intendatis, seduloque curetis, vt morum puritate, & vitæ exemplo ita unusquisque ministeriū suum impleat, vt bonus fidei, & sanctitatis vestrę odor ad omnes peruenire possit: vt ab his etiam, qui foris sunt, bonum omnium vestrarum actionum testimoniu reportetis. Ita fiet, vt nostrorum laborum participes, idonei & fideles Christi ministri veram laudem, & æterna, quæ à Deo speramus, prēmia vos, & plebs nobis commissa, vñâ nobiscum consequamini.

ACTIO

## A C T I O P R I M A.

## Professio fidei.



N nomine sancte & in diuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nos Ioannes Ribera Patriarcha Antiochenus, & Archiepiscopus Valentinus, in Synodo Diœcesana actu præsidents, quam sub beatissimo Domino nostro Gregorio Papa decimoterio, Pontificatus eius anno septimo, Regnante inuitissimo Domino nostro, & Rege Catholico Pilippo secundo regni eius anno vigesimotertio, ad decimum quartum Calendas Nouembris Anni Mille-simi quingentesimi septuagesimi octauis, sacri Concilij Tridentini Decreto subsequentes, in hanc ciuitatē congregari iussumus: considerantes fidem fundamentū esse omnium bonorum operum, sine quo totum

O T O A

totum

totum spirituale ædificiū corruere sit ne-  
cessē: exemplo etiam patrum, qui in prin-  
cipio suarum actionum sacrosancta fidē  
profiteri consueuerunt: quod etiam sacra  
Tridentina Synodus faciendum esse do-  
cuit: Fidei professionem, antequām de re  
aliqua à nobis in hac Synodo sermo sus-  
cipiatur, præmittendam esse decernimus  
atque præmittimus, ea forma & verbis,  
quibus in literis sanctissimi Domini no-  
stri Pij Papę quarti præscripta fuit. In hūc  
igitur modum hæc Valentino Synodus fi-  
dem ipsam toto animo profitetur.

**C**redo in unum Deum, patrem omnipo-  
tentem, factorem cæli & terræ, visibi-  
lium omnium & inuisibilium: Et in unum  
Dominum Iesum Christum, filium Dei uni-  
genitum: Et ex Patre natum ante omnia se-  
cula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deū  
verum de Deo vero: genitum, non factum,  
consubstantialem Patri, per quem omnia fa-  
cta sunt: Qui propter nos homines, & pro-  
pter

## A C T I O

pter nostram salutem descendit de cælis: Et in carnatus est de Espiritu sancto ex Maria virgine: Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: Et resurrexit tertia die secundum scripturas: Et ascen sit in cælum, sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritu sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit: Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam: Confiteor unum baptisma in remissionē peccatorum: Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. Amen.

Apostolicas & ecclesiasticas traditiones reliquiasque eiusdem Ecclesiae observationes & constituciones firmissime admittimus, et amplectimur. Itē sacrā scripturā iuxta cū sensum, quē tenuit, et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero, sensu, & interpretatione.

terpretatione sacrarū scripturarā, admitti-  
mus. Nec cā vñquā nisi iuxta vñanimē cōsen-  
sum patrū accipiēmus, & interpretabimur.  
Profitemur quoque septē esse vere & pro-  
prie sacramenta nouæ legis, a Iesu Christo  
Dño nostro instituta ad salutem humani ge-  
neris, licet nō omnia singul'is necessaria, scili-  
cet Baptismum, Confirmationem, Euchari-  
stiā, Pænitentiā, Extremam vñctiōnē, Ordī-  
nem, & Matrimonium: illaque gratiam cō-  
ferre: Et ex his Baptismū, Confirmationem,  
& Ordinem, sine sacrilegio reicerari nō pos-  
se. Receptos quoque & approbatos Ecclesiae  
Catholicae ritus in supradictorum omnū sa-  
cramentorum solenni administratione reci-  
pimus, & admittimus. Omnia & singula,  
quæ de peccato originali, & de iustificatiō-  
ne in sacrosancta Tridentini Synodo diffini-  
ta & declarata fuerunt, amplectimur, &  
recipimus. Profitemur pariter in Missa of-  
ferri Deo verum, proprium, & propiciatio-  
riū sacrificiū prō viuis & defūctis. Atque  
in sanctissimo Eucharistia sacramēto esse  
vere

vere, realiter, & substantialiter corpus &  
 sanguinem una cum anima ex diuinitate Do-  
 mini nostri Iesu Christi, fierique conuersio-  
 nem totius substantiae panis in corpus, & th-  
 tius substantiae vini in sanguinem. Quim co-  
 uersionem Catholica Ecclesia transubstan-  
 tiationem appellat. Fatemur etiam sub altera  
 tantum specie totum, atque integrum Chri-  
 stum, verumque sacramentum sumi. Constan-  
 ter tenemus Purgatorium esse, animasque  
 ibi derentas fidelium suffragiis iuuari. Simi-  
 liter & Sanctos confitemur una cum Chri-  
 sto regnantes venerandos, atque inuocandos  
 esse: eosque orationes Deo pro nobis offerre:  
 atque eorum reliquias esse uenerandas. Fir-  
 miter asserimus, imagines Christi, ac Deipa-  
 rae semper virginis, nec non aliorum sancto-  
 rum, habendas & retinendas esse, atque eis  
 debitum honorem & venerationem impar-  
 tiendam. Indulgentiarum etiam potestate  
 a Christo in Ecclesia relictam fuisse: illarum  
 que usum Christiano populo maxime saluta-  
 rem esse affirmamus. Sanctam, Catholicam,

& Apo-

¶ Apostolicam Rom. n:m Ecclesiam om-  
niū Ecclesiarum matrem, & magistrā agno-  
scimus. Romanoque Pontifici, beati Petri  
Apostolorum Principis successori, ac Iesu  
Christi Vicario, veram obedientiam sponde-  
mus, ac iuramus. Cætera item omnia a sacris  
canonibus & Oecumeniciis Conciliis, ac præ-  
cipue a sacrostante Tridentina Synodo tra-  
dita, diffinita, & declarata, indubitanter re-  
cipimus, atque profitemur. Simulque contra  
ria omnia, atque hæreses quascunque ab Ec-  
clesia damnatas, & reiectas, & anathemati-  
zatas, nos pariter damnamus, reiicimus, &  
anathematisimus. Hanc vero Catholicam fi-  
dem, extra quā nemo saluus esse potest, quā  
in presenti sponte profitemur, & veraciter  
tenemus, eandem integrum & inviolatam  
usque ad extremum vitæ spiritum constan-  
tissime (Deo adiuuante) retinere, & confi-  
teri, atque a nostris subditis, seu illis, quorū  
cura ad nos in munere nostro spectabit, teneri  
doceri, & prædicari, quantum in nobis erit,  
curatuos.

k DECRE-

# DECRETA SYNODI.

*De stipendio Auditori piarum causarum  
pro illarum examine & definitione  
conferendo.*

 ETVS fuerat consuetudo in hoc nostro Archicpiscopatu, antequam eius à nobis regimē susciperetur, Auditorem piarum causarum, in quibus de exequendis piis defunctorū voluntatibus & legatis agitur, pro earum examine & definitione sex nummos in singulas libras stipendij nomine recipere: unde fiebat, quotiescilibet ipsa pia legata multa, multiq. valoris erant, vt ipsum Auditoris prædicti stipendum in multam

tam suminā ex crescere. Quare cum subditorum nostrorū onera subleuanda esse existimemus, etiam si id aliquo ministrorū nostrorum incommodo fiat, & ut facilius ac diligentius executio vltimæ testatorum voluntatis examinetur, Nos Ioannes Ribera Patriarcha Antiochenus & Archiepiscopus Valentinus, statuimus & mandamus dicecesana. Synodo approbante, vt in posterum prædictus piarum causarum Auditor non possit pro cuiuscunque testamenti examine & definitione, quotcunque fuerint, & quanticunq. valoris pia in eo legata, plusquam triginta libras recipere. Ipsum vero prædictum sex nummerorum pro singulis libris stipendum ita moderamur, vt in singulas libras nummi tantum quatuor post hac recipiantur. Quos in hunc inodum applicandos & distribuendos esse decernimus: vt tres nummi æquis portionibus ipsi Auditori, notario, & prædictarū causarū procuratori cōferantur: reliquus verò nummus

## ACTIO

in pia opera, nostro, & successorum nostrorum arbitrio erogetur.

*Ob stipendium, quod iuste datur collectori,*

*Clerum non astringi ad aliquarum*

*Missarum celebrazione.*

**N**E Clerus ob stipendium, quod collectoribus ad colligēdos Ecclesiæ reditus deputatis dari consueuit, iniuste grauetur, statuimus, & mandamus, ipsum collectoris stipendium ex omnibus Ecclesiæ administrationibus proportione seruata sumi debere: declarantes ratione illius rate partis, quæ ex administrationibus ad Missas celebrandas institutis illi confertur, nulla ad celebrationem aliquarū missarum obligatione Clerum astringi: cum rata illa portio iuste in stipendium cedat collectoris.

*De portione clericis danda in sepulturis generalibus: & quando Ecclesia parochialis ad defunctum sepeliendum generaliter sit conuocanda.*

In

**I**N sepulturis generalibus, ad quas Ec-  
c'lesia Metropolitana, & huius ciuitatis  
parochiales cōueniunt, clericis parochia-  
lium ecclesiarum conferatur portio illi e-  
qualis, quam Ecclesię Metropolitanę cle-  
rici percipiunt. Cumque defunctus ali-  
quis extra parochialem suam Ecclesiā se-  
pelietur, si alia præter eius parochiale,   
& eam, in qua, vel intra cuius ambitum se  
peliendus est, conuocanda sit, statuimus,  
totum illius parochiæ clerum, cuius de-  
functus ille parochianus erat, ad ipsum se  
peliendi actū generaliter vocari debere.

*Quando pauperibus ficit distributio vestium  
vocato Rectore, vel eius Vicario ficit.*

**Q**uoniam parochis eorum, qui in ipsis  
parochialibus ecclesiis agunt, status  
atque egestas notiora esse solent, statu-  
imus atque mandamus ipsa approbatæ Sy-  
nodo, ut cùm in parochiis, vestium, & cu-  
iuscunque modi indumentorum distri-  
tio pauperibus, ficit, ea ipsius parochialis

ecclesiæ Rectore interueniente, vel si ipse abfuerit, præsente eius vicario omnino fieri debeat.

*Quibus in locis, & quando Missæ non  
sint celebrandæ.*

**S**acra Tridentina Synodus Episcopis distictè præcepit, ut populū suum diligenter moneant, ac doceant, quam vnuſ quisque parochiæ suæ, vbi id quidem cōmode fieri potest, ad verbum Dei audendum interesse teneatur. Quod bene san-  
cte q. à patribus fuit mandatum: cum mul-  
ta magnaꝝ sint animæ bona, quibus eos priuari videmus, qui ad suas parochiales ecclesias vix vnquam accedunt. Quia in culpa in hoc nostro Archiepiscopatu ver-  
fari multos, non sine magno animi dolo-  
re ægreforimus. Quia propter præcipi-  
mus, ne diebus Dominicis & festis colen-  
dis sacerdos vllus in Confraternitatū do-  
mibus, aut cœmeteriis, aut cremitoriis,  
aut façellis publicis, quæ extra parochia-  
les

Ies ecclesias constructa sunt, Missam celebret: sed neque in his Hospitalibus, in quibus hospitalitas non actu exercetur: exceptis tamen festis titularium Sanctorū, sub quorum invocatione predictæ Confraternitatum domus, eremitoria, sacella, & Hospitalia erecta fuerunt. Sacerdos qui huic Decreto non paruerit, viginti solidorum multa, & quindecim dierum suspensione puniatur.

*Sacram Eucharistiam cum veneratione esse deferendam, & de eleemosyna sacerdotibus ipsam comitantibus danda.*

**C**V M Sacrosancta Eucharistia ad infirmi domum deferetur, magna id veneratione fiat: duoq; ut minimum sacerdotes, iij scilicet, qui laternas detulerint, ipsam ad locum usque, in quo infirmus iacuerit, comitentur: quod si defuerint, qui laternas deferant, id munus præstabunt duo antiquiores presbyteri, ex his, qui palium deportabūt. Si vero ipsa sacrosancta

Eucharistia longius deferatur, quā vt pos-  
sit tanta solennitate deferri, tunc duo ex  
confratribus institute sanctissimi Sacra-  
menti confraternitatis lumina deferentes  
sanctissimum Sacramentum comitentur:  
quibus ipsa Cōfraternitas aliquid persol-  
uat. Porrò in ciuitate Valentia sacerdoti-  
bus, qui ad comitandum sacram Euchari-  
stiam vocati fuerint, singulis nummi qua-  
tuor conferantur. Qui, si extra ciuitatem  
egressi fuerint, aut noctu ab ecclesia exie-  
rint, duplēm portionem accipiant. Cæ-  
terum in quibuscunque aliis locis extra  
ciuitatem Valentiam quoad portionem  
sacerdotibus ob dictam causam exoluendam  
consuetudo hactenus obseruata in  
posterum etiam obseruetur.

*Ne causæ crimines eorum, qui sacris sunt  
initiati, per nostros laicos tractentur.*

**N**El laicis vlla offendiculi occasio ex  
corum delictis, qui sacris sunt initia-  
ti, tribuatur: & vt fidelius atque honestius  
contra

contra illos in causa procedi possit: statuimus Synodo approbante, ut causæ criminales in hoc nostro tribunali contra aliquem in sacris constitutum agitandę, per notarios, qui sint etiam in sacris constituti, tractentur.

*Quibus potissimum diebus Parochi a suis Ecclesiis abesse non debent: & diebus Dominicis doctrinam Christianam ab illis esse tradendam.*

**S**Acrum Tridentinum Concilium abūdē cunctis Ecclesiarum pastoribus exposuit, quāta obligatione, vtpote quæ ex diuino precepto oriatur, teneantur oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, easdem diuini verbi prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere.

Quæ omnia vt melius executioni mandētur, decernimus, ne huius nostri Archiepiscopatus Rectores in festis Domini nostri, Beatæ Mariæ virginis, ipsorum etiam

k 5 sancto-

sanctorum, qui ecclesiarum titulares sunt aut patroni, à suis ecclesiis, dum officia diuinæ celebrantur, etiam prætextu verbū Dei alibi prædicandi, abesse ausint: cùm his diebus maior populi concursus ad Ecclesiæ conuenire soleat. Alioqui quadraginta solidis fabrice illarum ecclesiarum applicatis multentur, Quibus etiam mandamus, ut diebus Dominicis post dictum Completorium Christianā doctrinā perfici, vel per suos Vicarios in suis ecclesiis tradant, & doceant. Qui non obtemperauerint, sint eidem pœnæ subiecti.

*Quando unus, aut plures Vicarij in Ecclesiis parochialibus sint habendi.*

**S**acri Concilij Tridentini vestigiis inherentes, statuimus ipsa approbante Synodo, ut in his locis, in quibus ecclesia parochialis fructus, præter eas oblationes quæ ex pede altaris recipiuntur, valorem trecentarum librarum, quæ in proprios

prios usus cedant, attingerint, Rectores Vicarium vnum habeant competenti sala rīo conductum. Quem Vicarium in omnibus ciuitatis Valentie parochialibus ecclesiis haberi præcipimus. Quia tamen di ui Martini, & utriusque Ioannis parochiales Ecclesie magna populi multitudine abundant, harū utraque duos habebit Vicarios. In omnibus itidem locis atque oppidis huius nostrę diœcesis, quæ mille dominibus constabunt, Rector duos coadiutores Vicarios habeat, qui ipsum in sacramentorum administratione iuuent. Ceterum in his parochialibus ecclesiis, in quibus parochialis Rectoratus ipsi Clero unitus fuerit, aut ubi Rector suspensus sit, aut sine Ordinarij facultate abfuerit, preter supradictum Vicarium, aut Vicarios, aliis etiam ad sacramentorum administrationem eligatur.

*Obstetrics docendæ sunt a parochis rationem ministrandi Sacramentum.*

*Baptismi.*

Paro-

**P**ro Arochi ipsas suorum locorum obste-  
trices sedulo instruant qua forma, qua  
materia, qua etiam intentione Sacramen-  
tum Baptismi ministrari debeat: illasque  
semel singulis annis ea de re examinare  
teneantur: ne, si aliquando ob urgentem  
necessitatem Sacramentum Baptismi ad-  
ministraturæ sint, error in re tam graui ac-  
cipere possit.

*Cōfessores n̄l accipiāt intuitu confessionis.*  
**M**andamus, ne confessores intuitu cō-  
fessionis aliquid petant: aut pecuniā  
vel aliud quidpiam, etiam sponte oblatū,  
recipiant: sub suspensionis ab officio con-  
fessiones audiendi pœna.

*Quæ seruanda sint, cum census ad bona Ec-  
clesiarum pertinentes creantur.*

**V**T Ecclesiarum huius nostræ diœcesis  
bona firmius stabilita sint, & de illo-  
rum titulis & actis facilius in posterū con-  
stare possit, statuimus ipsa approbatæ Sy-  
nodo, ne acta quorūcunque contractuū,  
eorum maxime, qui fiunt, cum census ad  
bona

bona Ecclesiarum pertinentes creantur, ab alio vlo, quam à notario syndico, eius Ecclesiæ, cuius illa bona fuerint, recipiantur: quodque in predictis actis omnium administrationum perpetuarum, omniūque pecunię quantitatū, que ad censum illum constituendum concurrunt, ipsarū etiam personarum, à quibus illa bona Ecclesiæ relista fuerunt, specialis mentio fit: vt & illarum, & ipsius obligationis recordatio penes Clerum semper maneat. Qui census si aliquando redempti fuerint, cum noui rursus creabuntur, idem omnino seruetur. Iubemus etiam Decretū diœ cesanę Valentine Synodi de his, que seruanda sunt, quando census ecclesiastici redimuntur, omnino obseruari. Hoc nostro statuto omnes beneficiorum redditus respectu earum Ecclesiarum, in quibus ipsa beneficia instituta fuerint, comprehendi decernimus.

*Lites ab administratoribus reddituum Ecclesiarum non facile excitandæ.*

Ad

**A**d evitandas inutiles ac iniustas lites statuimus, ne ullus clericus, aut redditum Ecclesiarum administrator litem ullam mouere, aut tueri possit, nisi ex quatuor cleri partibus tres partes in titem illam consenserint, praecedente legitima Cleri conuocatione, aut certe cum decreto Ordinarij.

*De presbyteris exteris Ecclesiis parochialibus deputandis.*

**P**resbyteri exteri ad Missas celebrandas parochiali alicui Ecclesiæ deputentur: in qua tam cleemosynæ ad celebrazione Missarum illis conferantur: atque in eisdiebus Dominicis & festis colendis superpellico & missa induiti, dum Missa conuentualis & Vespere concinuntur, in choro resideant. Quos etiam Rationalis punctis notare debeat.

*Quomodo Missæ iniungi debeant celebrandas, ex quæ supersunt, quibus sint conferendas.*

Quoniā

**Q**uoniam maxime cōuenit suprēmas defunctorum voluntates impleri, ne suffragiis, quæ piē & sancte in suis testamentois reliquerunt, corum animę defraudentur: hoc nostro Decreto sancimus, ut quoties Missæ iniungentur celebrandæ, Rationalis & Collector eius rei primum certiores fiant: ut cum rei notitia ad vtrūque peruencrit, fidelius ab his res peragatur: iuxta ea, quæ sunt iam à nobis hac de re alias constituta. Quæ verò supererunt Missæ, neque extra Regnum, neque priuatis personis celebrandæ conferantur si ne nostro, quod in scriptis obtineant, mādato. Ipsarum vero Religionū Prelati cauſarum testamentariarum Auditori singulis annis rationē reddant, qua cas missas, quas ab ecclesiis parochialibus celebrandas susceperunt, celebratas esse ostendat. Quod faciat, si hoc beneficij, aut eleemosynæ genere voluerint in posterum à nostris Ecclesiis fibi subueniri.

Paro-

*Parochi principio etiam Aduentus suos pa-  
ruchianos visitent.*

**P**Arochi, ad quorū munus maximē spe  
ctat sedulam salutis suarum ouīū cu-  
ram gerere, prēterquā quod in ipso Qua-  
dragesimē initio dīœcesano Decreto ad  
describenda eorum nomina obligantur,  
qui in ipsorum parochiis degunt, vt hoc  
modo ad confessionem peccatorum faciē-  
dam prēmoneantur, & se de ea rationem  
redituros esse intelligant: quia tānē cu-  
pius populi saluti aliis etiam modis con-  
sulere, in principio etiam Aduentus po-  
pulum suum prouide ac prudenter visitēt  
vt, si qui sint, qui criminose viuant, intelli-  
gere: & his omnibus, quæ reformatione  
indigerint, salutaria remedia adhibere  
possint. Ipsosq. suos subditos magno ani-  
mi affectu monebunt, vt se ad confessio-  
nem peccatorum prēparent, vt frequenti  
Sacramentorum perceptione natuitatē  
Domini nostri dignè celebrare valeant.

Matu-

*Matutinum defunctorum quo tempore  
celebrandum.*

**C**Vm maxime deceat diuina officia cōuenienti tempore, & vt decorum est, celebrari, mandamus ne Officium Matutinum defunctorū manē, sed peracto Cōpletorio celebretur: quodq. Rectores celebrationē Missę ipsius Anniuersarij pro Missa conuentuali minime satisfaciant, nisi in his Ecclesiis, in quibus vnuſ tantū erit sacerdos.

*Clerus Ecclesiae parochialis pro aetate sepeliendi defunctum de minuenda portione  
sibi debita ne paciscatur.*

**N**on est sane æquum, eas obuētiones & iura, quæ ex religionis ritu & usu ecclesiastico obueniunt, pacto aut conuētioni subiecta esse. Quare precipimus, vt quoties Ecclesiae alicuius parochialis Clerus ad sepeliendum defunctum vocatus ierit, integrum portionem, quæ huius Archiepiscopatus constitutionibus illi quoad quartam & eleemosynā debetur, per-

L cipiat

cipiast: neque vlli pacto aut conuentioni de minuenda portione locus detur. Alio qui Clerus ipse poenā centum solidorū fabricæ illius Ecclesiæ applicatorū incurrat.

*Cum defunctus extra parochialem suam Ecclesiam sepelierur, clerici illius parochiae duplam portionem pro actu tantum sepeliendi recipient.*

**C**V M parochiales Ecclesiæ suos parochianos, quorū vere sunt matres, spiritualiter pascere, ac proinde Sacra menta ipsis ministrare necessario teneantur, æquum sane erit, eas in his, quæ ad corporis vitam sunt necessaria, ab illis sustentari & ali, ceterisque ea in re ecclesiis præferri: quod spiritualia seminantibus iustè carnalia subministrentur. Qua propter mandamus diœcesana Synodo approbante, ut cum defunctus aliquis extra parochialem suam ecclesiam sepelietur, Rectori & clericis illius parochię, cuius defunctus ipse parochianus fuerat, simplex illa

& communis portio, quæ prædictis equa  
liter pro sepeliendi tantum actu dari con-  
suevit, dupla soluatur.

*Vicarij in substitutorum loca primi  
admittantur.*

**I**N ecclesiis in quibus ad deseruiendum  
beneficijs aliqui substituti fuerint, vica-  
rius & vicarij Rectoris coadiutores in ip-  
sa substitutorum loca, quādo vocauerint,  
primi admittantur. Cæterum cum vicari-  
us in ecclesia, in qua vicarij munus exer-  
cet, beneficium obtinuerit, distributiones  
ecclesiæ illius non amittat.

*Parochi a suis Ecclesiis sine facultate Ordina-  
riij absentes fructibus pro rata temporis  
absentia priuantur: & a quibus  
dies absentia notari  
debeant.*

**P**Arochi nulla ex causa sine sui Ordina-  
riij facultate in scriptis obtēta, à suis pa-  
rochialibus ecclesiis ab esse possunt: alio  
qui & peccati mortalis reatū incurruunt, &

pro rata temporis absentie suorum bene  
ficiorum fructus suos minimē faciunt: vt  
sacri Tridentini Conciliij Decreto expli-  
catur. Quos fructus fabricæ ecclesiæ Con-  
cilium ipsum applicandos esse decreuit.  
Nos igitur prædictum conciliij Decretū  
executioni mandare volentes, & his etiā  
obuiam ire, quæ contra hanc in ecclesiis  
residentiam Rectores admittere possent:  
mandamus ipsis fabricæ præfectis, quos  
vulgo ecclesiarum operarios vocamus,  
qui in ecclesiis huius diœcesis parochiali  
bus sunt, & pro tempore fuerint, vt præ-  
sente ipso Rationali ecclesiæ, & si is de-  
fuerit, sacerdote aliquo, vel Iurato, dies  
omnes, quibus parochi ab ecclesiis abfue-  
rint, in libro aliquo, quem ad id destinatū  
habeant, notent: vt cum nobis constite-  
rit, parochum illis diebus sine Ordinarij  
facultate abfuisse, fructus pro rata illius  
temporis dictis præfectis in fabricæ vsum  
erogari mandentur: ne ecclesiarum fabri-  
cæ hoc emolummentum depereat.

Ne

*Ne Crucis & sanctorum imagines in immundis locis depingantur.*

**C**VM is honor, qui imagini impeditur, in cum referatur, quem imago illa representat, certe imago crucis magna à nobis veneratione est colenda: quare sub ex communicationis pœna mandamus, ne crucis imago, aut vllæ sanctorum imagines in parietum immundis locis, quounque fine id fiat, depingantur: & vt, quæ depictæ fuerint, deleantur.

*Qui post Quadragesimam domicilium mutasse noscuntur, quomodo a parochis de peccatorum confessione sint examinanda*

**Q**VANDO parochus post festum Dominiicæ Resurrectionis a suis parochianis per eorum domos schedulas exigit, quibus se peccata sua in Quadragesima confessos fuisse ostendant, si forte tunc in aliquem incidat, qui ex alia parochiali Ecclesia domicilium suum in ipsius parochiā abit.

mutauerit, ab eo non minus atq; à suis cōfessionis schedulam requirat: quam nisi dederit, in illū nō aliter atque in suos, qui peccata cōfessi nō sūt, procedere debeat.

*De Sacramentorum ministracione*

*in priuatis domibus.*

**V**ī sacroſanctis Ecclesię Sacramentis debitus honor tribuatur, mandamus, ne vllum eorum ab aliquo in priuatis domibus nisi infirmis administretur, vno tantum excepto matrimonij Sacramento.

*De altarium munditie refuanda.*

**A**ltarium in quibus Missæ celebrentur, munditiem parochi diligenter current: ac etiam vt illorum ornamenta suis temporibus, vt decet, mundentur, & si opus fuerit, reficiantur.

*Quibus maxime diebus parochi ad confessiones audiendas parati esse debeant.*

**C**VM maxime cupiamus populos ad frequentanda Ecclesię Sacra menta in dies magis excitari, atque accendi, ac proinde

inde omnia illis ad rem tam salutarem in promptu & opportuna esse : præcipimus parochis, vt diebus Dominicis ac festis collendis manè antequam Missa conuentuali incipiat celebrari, saltem horam unam, in sedibus ad confessiones audiendas dispositis sedeant: & quo id fine faciant, populo significant. Alioqui viginti solidis, quos fabricæ ipsarum ecclesiarum applicamus, multentur.

*Quod Processionarium, Ceremoniale, et Ordinarium in Diœcesi recipiantur, ex libri cantus comparentur.*

**Q**uoniam maxime conuenit in tota hac nostra Diœcesi uno eodemque ritu Sacra menta administrari, & in processi- nibus, diuinorumque officiorum cæremo- niis nihil esse diuersum : præcipimus parochis omnibus, vicariis, ac beneficia ha- bentibus, vt librum Processionarium, quem hisce diebus typis excudi man- dauimus, recipiant : quodque Cære- moniale, & Ordinarium, quæ breui-

in lucem edentur, etiam admittant: iuxta quorum librorum præscripta & rationē Sacra menta administrare, & Officia celeb rarc teneantur. Demum quod libros, quibus Officia iuxta Breuiarij Romanij no ui ritum in choris decantentur, sibi com parare studeant, quibus plerasque nostrę diœcesis ecclesias adhuc carere intelligimus.

*Ne infirmi pauperes e loco in locum deportetur, nisi confessione peccatorum prius facta, si morbus id postulauerit.*

**S**olent extra ciuitatem Valentiam mul ti pauperes infirmi ex uno loco in alterum deportari, qui saepe adeo morbo la borant, vt in ipso itinere, antequam pec cata confiteri possint, moriantur. Ideo omnibus Hospitaliū Administratoribus præ cipimus, ne infirmum pauperē è suo Hos pitali, vt in alterū locum deferatur, exire permittant, nisi prius à Rectore, seu eius Vicario visitetur: vt ipsius confessionem, si opus fuerit, audire valcat.

Ne

*Ne sacrorum templorum parietes perforentur, vt lignea tabulata ad profanos ludos spectandos construantur.*

**I**N quibusdam huius diœcesis locis sacrorum templorum parietes aliquando perforari solent, vt spectacula construi possint, vnde profani ludi, vel etiam taurorum agitationes, & similia spectari valeant: ex quo cum ædificium templi detrimentum patiatur, est etiam id ob venerationem, quæ ipsis templis debetur, sacris canonibus prohibitum. Qua propter mandamus, ne ullus sacrorum templorum parietes, te&tum, vel fores rumpere, aut perforare ad predictum effectum ausit. Non obtemperantibus poenam excommunicationis latæ sententiæ imponimus.

*Rectores ad electiones, quæ in ecclesiis fiunt, vocari debent.*

**A** Deas electiones, quæ in ecclesiis parochialibüs fieri solent, cū ij, qui eleemosynarias patinas per ecclesias circumferunt, eliguntur, vocentur ecclesiarum

Rectores, & his absentibus, eorum vicarij: ut his interuenientibus frant.

*Diu: Vincentij Ferrarij festum inter  
colenda reponitur.*

**N**emo sane est, qui ignoret, quantum Valentia ciuitas diuo Vincentio Ferrario ciui suo & patrono sit deuincta, quā taq; illum veneratione non ipsa solū, sed & totum regnum prosequi debeat. Quare statuimus, vt eius festum in tota hac nostra Dioecesi celebretur, & colatur: ipsum que in Catalogum colendorum festorum hoc nostro Decreto reponimus.

*Ne die uno plures Duplae celebrentur*

**I**n aliquibus nostrę Dioecesis ecclesiis institutę sunt Duplae quædam codē die celebrandæ, in quibus Vesperæ, Completorium, Matutinum, & Missa iuxta earū institutionem decantari debent: que uno eodemq; die, vt decet, impleri non possunt: ideo declaramus eas Duplas præter illam, quæ designato die celebrabitur, sequentibus diebus non impeditis celebrā.

das esse, vt vno dic vna tantum celebre-  
tur, seruata institutionis antiquitate.

*Processiones eodem die in Eccle-  
siam reuertantur.*

**S**olent aliquando in nonnullis nostræ dioecesis locis processiones longius ab ecclesia progredi, quam vt eodem die in ecclesiam redire possint: vnde multis magnisq; incommodis locus dari posset, præsertim vbi multus est populi concur-sus. Quare parochis, vicariis, & beneficia-tis, aliisque clericis precipimus, vt quan-do cum cruce extra ecclesiam in proce-s-sione incedentes egredientur, ad ipsam eodem die, quo egressi ab ea fuerint, re-uertantur. His, qui contra agent, constitu-ta est quinquaginta solidoru pœna: quos fabricæ illius ecclesiæ applicatos esse vo-limus.

*Nec seculares laruati sacro loco, cō ope-  
ribus bonis abutantur.*

Secu-

**S**eculares in nostra Dioecesi profanos Iudos oblectandi animi gratia quando que instituunt, & interim quodam pietatis colore bonis operibus abutuntur. Mandamus sub excommunicationis poena, ne sic ludentes, tempore quo diuina Officia celebrabuntur, ecclesias ingrediantur: ac ne eleemosynam aut ecclesiæ, aut alicuius sancti nomine petant.

*Ne Scholani in actibus funerariis minus reverentiae, quam decet, cruci deferant.*

**C**VM ministri ecclesiarum, quos Scholanos vocamus, crucem ad Litaniam, vel alios, qui pro defunctis aguntur, actus deferunt, honoris illius oblii, qui cruci debetur, eam ē baculo eductam in terrā deponere, ipsamq. ē loco recedentes irreuerenter relinquere solent. Illis districte mandamus, vt predictis actibus affstant, crucemque manibus erectā teneāt, donec actus ille peragatur. Qui non obedierint,

dierint, emolumenta, quæ alioqui ex actu  
illo ipsis obuentura erant, prorsus amit-  
tant.

*De Chori Vicario.*

**C**Vm verissimum sit, ex cultu exterio-  
ri, qui in templis materialibus relu-  
cet, interiorem animi cultum & venera-  
tionem plurimum accendi, atque augeri:  
debent ecclesiarum ministri ea animi mo-  
deratione, & corporis etiam compositio-  
ne diuinis Officiis interesse, vt omnes il-  
lorum exemplo intelligent, quantum ho-  
noris & reuerentiaæ sacræ & diuinæ do-  
mui, ipsiusq. Dei præsentiaæ debeatur.  
Omnia (dicebat Corinthiis Apostolus)  
honestè, & secundum ordinem fiant in vo-  
bis. Quæ vt decenter & apposítè à nobis  
constituantur, mandamus, vt in omnibus  
nostræ Diocesis ecclesiis vnus habeatur  
Chori Vicarius, cui Chori regimen incū-  
bat: qui det operam, vt nostræ illæ Consti-  
tutiones, quas fini nostrorum synodaliū  
Decretorum addendas curabimus, fideliſ-  
ſimè

fime obseruentur. qui in ecclesia, in qua  
eo munere fungetur, neminem in Chori  
regimine superiorem agnoscat. Curabit,  
vt clerici omnes Officijs in Choro inter-  
fint: quodque in processionibus, & cum  
ad infirmos sanctissimum Eucharistiae fa-  
cramentum deferetur, in ipsis etiam fune-  
rarijs actibus pacato clerici omnes ani-  
mo, cum silentio & deuotione, reueren-  
ter incedant: quibus etiam multas impo-  
nere possit, si non obedierint. Demū præ-  
dicto Chori Vicario sub excommunica-  
tionis pœna, duarum etiam libraru, quas  
fabricę ipsius ecclesiæ applicamus, præci-  
pimus, vt iuxta prædictas constitutiones  
suum munus exerceat. Beneficiatis vero  
& aliis clericis sub eadem pœna manda-  
mus, vt in prædictis omnibus illi obediāt.

*De cereis, qui in altari maximo  
lucere debent.*

In maximo altari, dum diuina Officia ce-  
lebrantur, etiam si pro defunctis celebrē-  
tur

smū

tur, duo, ut minimum, cerei accensi luceant. Rector qui contra fecerit, viginti solidis ad lumina coram sanctissimo Sacramento nutrienda multetur.

*Quæ funera feretro deportanda censemuntur.*

**Q**uando defuncti dum viuerent, sex-tumi iam ætatis annum attigerant, eorum corpora feretro deportanda censebuntur: ante sex tamen annorum ætatem pro Albatis (ut vocant) reputari debent.

**ACTIO**

# A C T I O

## S E C V N D A.

*De stipendio visitatoribus conferendo.*



V M de eo, quod visitatoribus, qui pro Episcopis Diœceses visitant, dari consuevit, variā in hoc nostro Archiepiscopatu consuetudinem introductam esse videamus, cupientes huic rei modum aliquem, qui magis conuenire videatur, ponere: statuimus ipsa approbante Synodo, vt in posterum nostris visitatoribus, cum nostrę diœcesis ecclesias & loca visitatione generali visitabunt, ipsis & eorum famulis ab his, quibus id de more incumbit, & ea ratione & modo, quo fieri solet, viginti solidi in singulos dies conferantur. Et ne forte in ipsa ecclesiarum & locorum visitatione diutius, quam par est, visitatores immorentur, unde ali-

de aliqua fraudis suspicio oriri possit, indicem vnum confici, & ad huius Synodi Decreta apponi iussimus, in quo quot dies in singularum ecclesiarum & locorum visitatione ab ipsis assumi debeant, explicatur. Mandamus igitur, ne pluribus diebus, quā in eo indice præscripti sunt, prædictum viginti solidorum stipendium illis exsoluatur. Qui si paucioribus diebus visitationem absoluuerint, & discesserint, eorum tātum dierum, quibus in loco māserint, stipendium accipient. Sub excommunicationis etiam latē sententiæ pœna præcipimus, ne parochi, vel clerici per se, vel per alium pecūniām, vel quodcunque aliud munus visitatoribus conferant: ne ue ipsi visitatores etiam sponte oblatum recipiant, præter ipsum prædictorum dierum stipendium. Declaramus tamen, visitatores ab illo, vel illis, qui pro recepta iam consuetudine id facere tenentur, hospitio gratis esse recipiendos. Cumq. minime conueniat, quo rectius & fidelius visita-

M tio

tio exerceri possit, visitatores ad Rectōrum vel clericorum domos hospitiū gratia diuertere: monemus, atque hortamur ipsos populos, ne ea in re suis partibus defint, sed pro suo quīque officio libenti animo hospitio illos accipient, qui pro ecclesiarum utilitate, & animarū salute ad eos mittuntur. Cæterum quia in quibusdam locis viget consuetudo, ut quod in visitatione solui consuetum est, populus soluat, optionem populis damus, ut illud vel in præscripta viginti solidorum pecunia, vel in alimentis, quibus ipsos visitatores predicto dierum numero alant, solvere possint. Qua in re visitatores electioni & voluntati populorum stabunt. Excipimus Valentiam ciuitatem, quam pro antiqua iam cōsuetudine ab hac solutione immunem esse intelligimus.

*De notariorum stipendio in visitatione.*

**N**on sane decet, notarios in suis stipendijs exigendis præter æquitatem aliquid postulare, aut recipere. Quare præcipimus,

pimus, ne notarij in visitatione ecclesia-  
rū & locorum nostræ dioœcesis pro regi-  
stro & copia cuiuscunq. chartæ forme ma-  
ioris eorū omniū, quæ in visitatione scri-  
pserint, plus exigere possint quā solidos  
duos. sed neque ipsa mandata semel scri-  
pta iterum scribantur: summatim tamen  
dumtaxat eorum mentio fiat, additis quæ  
de nouo prouisa fuerint. Omnia etiā man-  
data, quæ à nostris visitatoribus fient, &  
partibus exhibenda erunt, eadem etiam  
ratione & modo soluantur. Quod sedulo  
ac diligenter visitatores & parochi cura-  
bunt.

*Missa quo numero ratione beneficiorū pro  
varia eorum institutione sint a bene-  
ficiatis celebrandæ.*

**C**Vm maxime deceat, clericos, ac ipsos  
potissimum presbyteros congruam  
sustentationē habere, ne magno sacerdo-  
talīs dignitatis opprobrio mendicare co-  
gantur: cumq;ue in tanta alimentorum,

M 2 & re-

## ACTIO

& rerum ad vitam necessariarum inopia  
& caritate simplicium beneficiorū tenui-  
tatem perpendentes, non possimus tantā  
clericorum huius nostri Archiepiscopa-  
tus indigentiam non valde dolere: huic  
incommodo occurrere, & remediū, quā-  
tum in nobis est, adhibere cupientes, de  
Missis ab ipsis presbyteris ratione bene-  
ficiorum, quæ obtinent, celebrandis diœ-  
cesana Synodo approbante, in hunc mo-  
dum statuimus. Quando in ipsa beneficij  
institutione Missarum celebratio hac di-  
ctione quotidie, vel singulis diebus, bene-  
ficiato iniuncta fuerit, si huiusmodi bene-  
ficium annuos quinquaginta quinque li-  
brarum redditus, aut plures habeat, benc-  
ficiatus quotidie per se, vel per alium Mis-  
sam iuxta illius beneficij institutionē ce-  
lebrare debet. Verum si anni ipsius be-  
neficij redditus ad summam illam quin-  
quaginta quinque librarum minime per-  
ueniant, pro binis libris Missas tredecim  
celebrabit. quam eandem in celebrando  
ratio-

rationem & modum beneficiati sequantur, cum in ipsorum beneficiorum institutionibus certus Missarum numerus praescriptus fuerit. in quo tamen nolumus, illos ad plures Missas celebrandas astringi quam ipsa beneficij institutione obligantur. Cæterum si in beneficij institutione Missarum celebratio vno vel pluribus ex sequentibus aduerbiis, continue, assidue, semper, perpetuo, ipsi beneficiato imponatur, pro singulis libris tres missas celebret. Quod si in beneficij institutione institutor non aliud dixerit, quam celebret vel ipsa beneficij institutio non reperiatur: neque aliunde constet de missarum numero, ad quas beneficiatus obligatur: pro singulis libris Missas duas celebrabit. Demū si in beneficij institutione nulla ab institutore Missas celebrandi mentione facta sit, pro singulis libris missam unam celebrari præcipimus. Que omnia intelligenda esse declaramus, subsidio & perpetuis oneribus deductis.

*De Missarum reductione.*

**Q**VIA in aliquibus huius ciuitatis & Archiepiscopatus ecclesiis magnus celebrandarum Missarum numerus repertur, quæ a presbyteris ipsarum ecclesiarum celebrari non possunt: sacri Tridentini Concilij decretum secuti, quod incepit, Contingit sepe: & ea facultate videntes, quæ ab eodem sacro Concilio Episcopis datur, ut scilicet in dioecesana Synodo hac de re ea, quæ ad Dei honorem, & ecclesiarum utilitatem viderint expedire, statuere possint: Decernimus ipsa approbante Synodo, ut in omnibus ecclesiis nostris, in quibus praedicta causa concurrebit, e missis, quæ ex variis defunctorum relictis impositæ sunt, ille quæ ex tempore iam elapsso celebranda supersunt, nec vultus datur in eisdem ecclesiis eas celebrandi locus, reducantur: quemadmodum praesenti hoc nostro statuto ad opera pia, vel Anniuersaria perpetua reducimus: in quibus tamen pro defunctis illis oretur, eorumq.

rumq. commemoratio fiat, qui pro animarum suorum salute legata illa reliquerunt. Quibus Anniuersariis celebrandis eleemosynas in ipsis ecclesiis ad dictas missas celebrandum congregatas pro dote assignamus ea ratione & modo, quo per pensis & consideratis ecclesiarum & locorum circumstantiis & qualitatibus, à nobis expedire iudicabitur. Ad quem effectum anni census ex collecto illo pecunie cumulo in tutis ac securis locis nostro assensu & Decreto constituentur, vel aliter pro nostro arbitrio prædictus pecuniæ cumulus distribuetur.

*Examinateores in Synodo designati.*

UT ecclesiis vacaturis, & Dei populo salutari doctrina pascendo meliores ac magis idonci, nullo habito personarum respectu, elegantur, septem sacræ Theologiae Doctores Synodo approbante examinatores hac nostra constitutione deputamus: quorum sequentia sunt nomina.

- D. R. Jacobus Ferrusius.  
 D. R. Hieronymus Coues.  
 D. R. Michael Ioannes Luuiela.  
 D. R. Blasius Nauarro.  
 D. R. Joachimus Mijauila.  
 D. R. Petrus Monço.  
 D. R. Franciscus Tudela.

*Iudices diaœcesani in Synodo electi.*

**C**AUSIS ecclesiasticis ac spiritualibus,  
 & ad forum ecclesiasticum pertinen-  
 tiis, in partibus à Santa Sede Apostoli-  
 ca, & eius Nuncijs, seu Legatis commit-  
 tendis iuxta sacri Concilij Tridentini dis-  
 positionem, iudices in hac nostra dioœcesi  
 Synodo approbante quatuor infra scrip-  
 ti designantur.

Egidius Roda I. V. D. Canonicus Valen-  
 tinus.

Petrus Catala I. V. D. Canonicus Valen-  
 tinus.

Ioannes Baptista Cardona sacræ Theolo-  
 giæ D. Canonicus Valentinus.

R. Er.

R. Fr. Georgius Oliuer Cómendatarius  
ordinis beatæ Mariæ de Mercede Va-  
lentinus.



N nomine Domini no-  
stri Iesu Christi. Anno  
a nativitate Dñi Milleſi  
mo quingentesimo Sep-  
tuagesimo octauo, die  
vero vigesima nona me-  
ſis Octobris, hora ante meridiem octaua,  
in maiori aula palatij Archiepiscopalis  
Valentini, quo ad predictum tempus ci-  
tati & conuocati fuerant omnes qui Sy-  
nodali congregacione interesse debent,  
legitime congregatis Illuſtrissimo ac Re-  
uerendissimo Domino D. Ioanne Ribera  
Dei & Apostolice Sedis gratia Patriar-  
cha Antiocheno & Archiepiscopo Valē-  
tino, & Admodū Reuerendis D. Micha-  
ele Hieronymo Vich Præcentore, D. Hie-  
ronymo Carros Sacrista, Francisco Ioāne  
Roca Archidiacono Algezire, Honora-

to Pellicer, Ludouicus Torrella, Egidio Roda I.V.D Petro Catala I.V.D. Ioanne Baptista Cardona S.Theo. Doctore, Canonicis insignis Metropolitanę Sedis Valentine, & à Capitulo eiusdem Sedis deputatis, & Reuerendis Magistro Ioanne Barbera ecclesiæ collegiatæ villæ Gādiæ Decano: Gaspare Gallac Canonicō & Syndico ecclesiæ collegiatæ & Capituli Setabīs, qui procuratoriis mandantis legitime suffulti erant: quæ mandata apud diētam Synodum examinata & approbata fuerunt: necnon Plebanis, Rectoribus, Vicariis, aliisq. præsentis Valentiniæ dioecesis clericis de iure diœcesanę Synodo intercessse debentibus, prout alias specialiter fuerant legitimi ad Synodo assistendum declarati: inuocato prius Spiritu sancti auxilio, qui vnus benignus est bonarum actionum inspirator, & certissimus sacrorum Conciliorum præses, idem Illustriſſimus ac Reuerendissimus Dominus Patriarcha & Archiepiscopus Valentinus in suo

in suo folio residens, ex constitutionibus & Decretis, quæ supra numero quadraginta quatuor descripta sunt, & aliquot ante diebus proposita, per pensa, ac discussa fuerant; ea, quæ ex præcedenti congregatione legenda supererant, in hac omnium postrema congregatione legi mandauit. Cumque rogasset idem Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus vniuersam synodum, an placeret dictas Constitutiones & Decreta stabiliri & promulgari, Synodumq. diocesanam ad laudem & gloriam omni potenteris Dei absolu & finiri: omnes una voce & communi applausu responderūt, se eas Constitutiones & decreta approbare & amplecti: postulantes ut in lucem ederentur, finisque Synodo fœliciter imponeretur. Quibus peractis, Illusterrimus ac Reuerendissimus D. Archiepiscopus, omnibus, qui Syncdo intererant, ipsum comitantibus in templum Metropolitanum descendit: ubi pontificalibus indutus

indutus, ministris solenniter ei assistenti-  
bus, in facello templi maximo, præsentи-  
bus in eo omnibus, qui ad Synodi celebra-  
tionē venerant, consedit. Tum R. Jacobus  
Ferrusius S. Theo. Doctor, cùm ab ipso  
Illustrissimo ac Reuerendissimo Dño be-  
nedictionē accepisset, in tēpli suggestum  
ascēdit, & huius dioceſanę Synodi Decre-  
ta omnia magna Cleri & populi multitu-  
dine audiente, legit, ac promulgauit. Post  
hęc decantari cœpit hymnus, *Tē Deū Iau-  
damus:* & absoluta solenni per templi am-  
bitum processione, res ad Dei omnipotē-  
tis laudem in finem perducta fuit.

Quæ omnia me presente Licēciato Fe-  
liciano Figueroa presbytero eiusdē Illustrissimi ac Reuerendissimi Dñi Patriar-  
ichę & Archiepiscopi Valentini, & dioceſanę huius Synodi Secretario gesta sunt,  
& ad rei memoriam literis mandata.

*Ioannes Patriarcha Antiochenus.*

*Archiepisc. Valen̄.*

*Licēciatus Felicianus Figueroa Secretario.*

# Ordenaciones man-

dadas hazer por el Illustriſſimo y Re-  
uerendissimo Señor Don Iuā de Ribera  
Patriarcha,&c. para que guarden los Vi-  
carios de choro, y las hagan guardar en  
todas las yglesias deste Arcobispado  
de Valencia en el choro,  
conforme al Decreto  
del Synodo.



Rimo , que entren todos en el choro con Diurnal, Breuiario para mejor psalmear, y con sobrepelliz y muça, y las alas del sobre peliz baxas : y assi mismo en las proceſſiones, mientras ſe haze el officio diuino. Y al entrar en el choro hagan todos el deuido acatamiento al altar mayor, y oracion despues de acabado el officio: y que ſe ſiente cada vno en ſu choro. Y mientras ſe dize el officio nadie paffe de vn choro a otro, ſinofuere por neceſſidad, o para yr a cantar al facistol, en el qual todos canten con

con orden y silencio, y sin bonetes.

**2** Que nadie hable en el choro, y que canten todos con deuocion y reuerencia, bueltos de cara al altar, o al facistol, y no al pueblo. Y no suffra el Vicario de choro que nadie hable en el choro a clérigo, ni a lego mientras se dice el officio: y si hay neccesidad de hablar, de licencia que salgan.

**3** Que en las processiones vayan de dos en dos, cada uno en su choro por su antiguedad y dignidad cantando con buen exéplo: el Vicario de choro yra el postrero del segundo choro, porque vea lo que se haze.

**4** Que nadie se siente en las fillas del choro mientras se haze el officio diuino, sino fuere ordenado, ni el escholano: y si fuere ordenado, se assiente en la postrera silla.

**5** Que el Racional haga su boxarte, y ordene las Missas de manera que no se digan todas juntas porque aya Missas rezadas en la ygle-  
sia toda la mañana, si quiera de media en me-  
dia hora. Y nadie en la semana que vagare pue-  
da dezir Misra a las horas de los officios diui-  
nos sin licencia del Vicario de choro: el qual  
no sera obligado a Misra de boxarte, ni a cosa  
de la yglegia que le estorue la residencia en el  
choro: sino que diga Misra la hora que me-  
nos le estorue.

**6** Que

6 Que a la hora del anniuersario y Missa cōuentual aguarden en el choro los que quierē dezir missa , porque aya quien assista en el a los diuinios offcios.

7 Que nadie salga del choro miētras dura el offficio diuino, o el sermon, sin licencia del dicho Vicario, excepto el Vicario temporal , y el Racional , para cosas que tocaren a sus officios. Y que el dicho Vicario de choro no pueda dar la dicha licencia , sino con causa legitima , exceptos tambien aquellos que se ocuparen en confessar , o en yr por orden del Rector a ayudar a bien morir, o por el Racional fueren imbiados a tādas oestuieren occupados en dezir missa: porque los tales queremos que sean juzgados por presentes.

8 Que el dicho Vicario de choro pueda marcar y marque segun y como le paresciere , y que el Racional, y el bolsero, donde lo huuiere, obedezcan las marcas que el marcare.

9 Que ningun beneficiado, o substituto pue da andar passeando por la yglesia con sobrepelliz , ni sin ella mientras se celebrare el officio diuino, aun que no aya ganado el punto.

10 Que mientras se haze el offficio no se comulgue lego alguno en el choro, pues pue dē

en alguna missa rezada de las otras capillas.

ii Que ningun clero de la yglesia, o foraste ro pueda dizir missa quando se haze la procession, porque vltra de la falta, es grande irre uerencia en algunas occurrencias.

12 Que si se huuiere de yr a comulgar algun enfermo, o a otro auto a la hora del officio, el Racional, hauida licencia del Vicario de choro, si se ha de hazer a aquella hora, llame a los que tocare: y nadie se rebuelua, ni se mucua sino los que llamare el Racional.

13 Que quando aya alguna marca, el Vicario del choro la pida al collector, o bolsero, o Racional, y apliquela: y si no la quisiesse dar, de auiso a su S. Reuerendissima.

14 Que los bacineros no vayan al choro a cobrar las distribuciones, por la inquietud q lleuan: y que en las yglesias donde en las fiestas hay bacineros legos, si faltaren los bacineros clerigos al choro, no ganen distribuciones en dichos dias.

15 Que los bacineros no paguen missa, ni salme, ni anniuersarios por menudo, sino que pague el bolsero: y donde no le ay pague el Racional, aūque sea fiesta, o dobla de particular.

16 Que las missas votiuas se manifiesten al Racional conforme al Synodo: pero que no se pague capsou: por las permutas, dilaciones y escan-

escandalos que se siguen.

17 Que el collector y Syndico, o qualquier otro official no tengan percaçōes en ausencia domingos y fiestas: y los otros dias quando se dizen los officios, no esten en la yglefia vagando, sin entrar en el choro, sino pierdan el punto.

18 Que el que tuuiere cargo de la Sacristia, a pareje el altar y lo de mas, antes del officio: porque no perturbe, ni falte al choro. Y si el predicador encomienda algun pobre, no vaya acaptar algun clérigo, por la falta que hara en el choro: y que la Sacristia este cerrada durante el sermon.

19 Que ningun clérigo, aunque sean los Vicarios, pueda substituir a otro que cante por el, que no tenga ordenes.

20 Que quando faltare compañero al Cabiscol, el Vicario de choro encomiende el bordō a quien le paresciere: y sea obedecido sin replica.

21 Que el clérigo que no estuuiere en el choro antes de acabados los Kyries a la missa, y antes de acabado el Gloria patri del primer psalmo a las otras horas, pierda el punto, y no se le pague.

22 Que quando saliere el santo Sacramento a comulgar algun enfermo, los clérigos que

N

no lle-

no lleuaren el palio vayan delante con lumbres en procession de dos en dos, con aquella reverencia que se due, y sin bonetes, y el sacristan vaya detras.

23 Que al gloria patri, Pater noster, Canticos, Capitula, Hymno, y oraciones, al Miserere, y Laudes esten en pics, y sin bonetes: a missa mayor y otras missas cantadas a los Kyries, Gloria Oracion, Euangilio, y Credo, Praefatio, y post communionem esten en pics y sin bonetes: y a las absoluciones de los anniuersarios canten con orden, y vayan en procession sin hablar vnos a otros: al Pater noster, y oraciones sin bonetes: al Incarnatus, y desde los Sanctus hasta hauer sumido el presbytero esten sin bonetes y arrodillados con dos rodillas, sino fueren impedidos.

24 Que el officio de defuntos se diga con moderacion haciendo pausa a la mitad del verso y el vn choro aguarde al otro choro que acabe el verso.

25 Que ningun clérigo, mientras se haze el officio diuino lea algo, o diga horas: y el presbytero Diacono y Subdiacono hagan su officio con silencio y deuocion, sin ningun genero de escandalo.

26 Que quando el Capiscol, o Vicario señale que vayan al facistol, vayan y canten siguiendo al

do al Capiscol , y procure el Vicario que vayan a cantar los Kyries, Introito, Gloria, Responso, Credo, y offertorio (sino hay organo) y communion.

27 Que qualquier clérigo que en escandalo del clero y del pueblo conturbare el officio diuino, y dixeret palabaras injuriosas contra el Rector, o Vicario , o otro qualquier clérigo dentro de la yglesia, o choro, o fuera en processiones, mortuorios, riñendo , o bozeando, mouiendo algun escandalo, sea priuado de las distribuciones y percaços por espacio de vn mes, con obligacion de seruirle : y que el Rector, o Vicario de choro lo applique conforme al Synodo.

28 Que celebren el officio siempre con las sillas altas en las siguiétes festiuidades, en la Natiuidad de Iesu Christo nuestro Redemptor, en la Circuncisión, Epiphania, Purificacion, Annunciacion, Resurrección , y sus octauas, Ascension, el primer dia de Pascua de Spiritu Santo el Domingo de la Trinidad, dia de Corpus Christi y sus octauas: Assumpcion, Natiuidad, y Concepcion de nuestra Señora; y el dia de todos Santos, y en todas las festiuidades de nuestra Señora, y en los sabados, y quando se dice officio de Minoridad.

29 Que nadie pueda entrar ni salir del cho-

ro en missa mientras se dice la Glòria, el Euan gelio, Oraciones, el Homo factus est, y des del Sanctus hasta hauer sumido. A las otras ho ras mientras se dice la Capitula, Oraciones, Magnificat, Nunc dimittis, y mientras el cho ro esta arrodillado, y mientras se diran qualesquier preces.

### Fin de las ordenaciones.

**Las dietas que se señalan a los Visitadores en la visita general que han de hacer para cada vna de las yglesias y lugares dentro de este nuestro Arcobispado, son las siguientes.**

El Grau de Valencia	Algimia y Alfara dos dias.
Alboraya y Almacea	Alfafar y Benifacer, y ra tres dias.
	Payporta dos dias.
Albalat de mossen So	Alaquas dos dias.
relP, dos dias.	Albal dos dias.

Alginet

Alginet dos días.	Biar cinco días.
Almuçafes y Benifa- yo tres días.	Beniça 4.
Albalat d' Pardilles 2.	Calp dos días.
Algemezi. 3.	Campanar 2.
Alcudia de Carlet. 2.	Carpesa 2.
Antella dos días.	çucayna 2.
Alcantara 2.	Cortes de Arenys. 3.
Anna dos días.	Chullella 3.
Agullent vn dia.	Chiua 2. y Folsbans
Albayda 5.	Chiluella 2.
Agres dos días.	Carlet tres días.
Alcoy diez días.	Chella 2. sibnas
Alzira diez días.	Carçrei 2.
Alcalalí y Mosquera dos días.	Castello de Xatiga 3.
Burjaçot dos días.	Canals 3. sibnas
Binaleza vn dia.	Castalla 4.
Betera dos días.	Cocentayna 6.
Benaguazir dos días.	Ceta dos días.
Benifano vn dia.	Callosa 3.
Bicorp 2.	Campell vn dia.
Bolbayt 1.	Castello de Rugat. 2.
Beniganim. 4.	Cullera 1.
Belchida. 2.	çueca quattro días.
Bocayrent 6.	Castell de Castells 2.
Beniatjar 1.	Cilla 2.
Bañeres 2.	Denia seys días.
	Enguera 4.
	Enoua. 2.
	Foyos

Foyos	2.	gues tres dias.
Font de la Figuera	2.	Muntefa
Finestrat	2.	Moxent
Gallinera y Ebo	3.	Murla
Gata	1.	Mislata
Godella	2.	Montauernier
Guadaluár	3.	Montanejos
Gorga	2.	Nuarres
Guadalest y sus luga- res quatroidias.		Olocau
Garch y Bollulla	2.	Otanell dos dias.
Gandia doze dias.		Olleria
Gestalcamp	1.	Ontiñent doze dias.
Gilet	2.	Orchetà dos dias.
Iouada de la Vall de Alcala	dos dias.	Orba y su anexo
Lludient	2.	Oliua
Lliria	6.	Ondara
Llombay	3.	Paterna dos dias.
Luchent	3.	Puçol
Lòrcha	1.	Pobla de Archos
Llosa del Villar	1.	Pobla de Benaguas-
Moncada	3.	zir dos dias.
Musceros	3.	Pobla llarga
Meliania	1.	Picassent
Maçamagrell	2.	Pardines
Moruedre	6.	Perpunchent y su va- lle tres dias.
Madrona y dos ay-		Planes
		Penaguila

Par

Polop 2.	Tous dos dias.
Parcent 2,	Tibi 2.
Pego 4.	Teulada 3.
Pobla de Rugat. 3.	Ternils, Carcaxent y
Pedralba 2.	Cugullada 5.
Quart 3.	Vilafermosa 8.
Quatre tonda 2.	Vila malhur. 2.
Ribarroja 2.	Vila llonga 3.
Rafel Baño dos dias.	Villar. 4.
Rahal dos dias.	Vilamarchant 2.
Riola y Poliña, y For talcñ 4.	Vallada. 3.
Serra y Naquera 2.	Vilajoyosa 4.
Sumacarcer dos dias.	Xalo vn dia.
Sollana 3.	Xixona 6.
Torrestorres 3.	Xabca 4.
Turiz dos dias.	Xatjua con sus ygle- sias quinze dias.
Torrent tress dias.	Xara.fuel. 2.

En las

2116

En las Rectorias nueuamente erigidas  
de los lugares de nueuos cōuertidos que  
tienē fructos, se tassan para cada vna dos  
dias, excepto las que arriba estuuieren  
taſſados.

En las Rectorias nueuamente erigidas  
de los lugares de nueuos conuertidos q  
no tienen fructos, se tassa para cada vna  
dellas vn dia, excepto las que arriba estu  
uieren taſſadas.

Y declaramos que los dichos dias ente  
demos que sean vtiles, conuiene a saber,  
que en los Domingos y fiestas de guar  
dar, se le pague al dicho visitador la dicha  
dicta en el lugar donde se hallare, vltra de  
las dictas declaradas en este memorial.

Laus Deo.

# SYNODVS

DIOCESANA  
VALENTINA.

Celebrata præside Illusterrimo ac Reuerendissimo D. Ioanne Riberæ Patriarcha  
Antiocheno, & Archiepiscopo  
Valentino. Anno 1584.



Valentiæ apud Aluarum Francum, & Gabrielem Ribas. Anno 1594.

A L T A R I O

A V E M I J A

M O N S E N Y O R O S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

D E S P U E S D E S P U E S

en la marina de Valencia en el año de 1721

EDICTVM ADC E-  
lebrandam Synodum Dicecefa-  
nam conuocatorium.



OS Ioannes de Ribera  
Dei & Apostolice Se-  
dis gratia Patriarcha  
Antiochenus, & Ar-  
chiepiscopus Valentinus  
de Consilio Catholicæ  
Majestatis, &c. Reuerendis ac Venerabi-  
libus, ac nobis in Christo dilectis Capitulo, Ca-  
nonicis, & Dignitatibus nostraræ Metropo-  
litane Ecclesie, & aliarū Ecclesiarum Col-  
legiarū nostraræ Diœcesis Valentinae, Ab-  
bacibus, Rectoribus, Plebenis, Vicariis per-  
petuis, ceterisque Presbyteris curam anima-  
rum exercencibus, quorum interest de iure  
Episcopali Synodo essetere, ac vniuersis &  
singulis Magnificis & honoribilibus ciui-  
tatum, oppidorum, ac locorum huins no-  
straræ Diœcesis Iuratis, ceterisque, tam  
Ecclesiasticis, quam secularibus personis,

quas infrascriptum negotium quomodo libet  
 tangit, et spectat, Salutem in Domino sem-  
 piternam Adhuc fragilitas humana, et la-  
 bentium rerum mutabilis vicissitudo, corri-  
 gendi moressa, propterea leges excoxitandi,  
 et mutandi necessitatem inferre non desinit.  
 Et quamquam multa per nos, nostrosque pre-  
 decessores salubriter et vigilanter statuta in  
 Provincialibus et Diocesanis congregatio-  
 nibus in hac nostra Diocesi Valentina hacte-  
 nus fuerint stabilita, varia tamen instantis  
 temporis, tam laicorum, quam Ecclesiastico-  
 rum morum perturbatio, iuxta quotidianam  
 solitudinem, quam de Ecclesiis habemus,  
 nos inducit, ut simul cum nostri regiminiis coad-  
 iutoribus et Rectoribus correctioni et re-  
 formationi eorundem intendamus. Ea prop-  
 ter, Sacri Concilij Tridentini decretis inhæ-  
 rendo, in hac nostra Ecclesia Valentina Epi-  
 scopalem Synodum, cum Dei adiutorio et  
 favore, secunda Dominica Septembris, com-  
 putanda nona die eiusdem mensis, proxime  
 venturi, presentis Anni, celebrare decreui-  
 mus,

## CONVOCATORIVM.

5

uiss, & ordinuimus. Proinde vos omnes et singulos supradictos exhortamur, ac mone-  
mus, ubique Ecclesiasticis personis supradic-  
tis in virtute sanctae obedientiae, & sub cœ-  
furiis & paenit in Constitutionibus Provin-  
cialibus & Synodalibus contentis, præcipi-  
endo mandamus, quatenus per has nostras li-  
teras citati & moniti feritis, per vos, aut ve-  
stros legitos procuratores, (si infirmitas,  
aut aliud canonicum impedimentum non in-  
tercesserit) in hoc nostro Palatio Archie-  
piscopali Valentino die superius assignata  
personaliter interesse curetis: proposituri et  
traictatur ea, que ad corrigendos excessus,  
mores reformandos, aliaq. ad animarum ve-  
stre plebis salutem, diuini cultus augmentū  
bonum & utile huius nostræ Diœcesis, to-  
tiusq. Cleri & Ecclesiarum reformationem  
& bonum statutum concernunt. Reliquas  
vero sœculares personas superius nominatas  
hortamur in Domino, vt si quæ vobis occur-  
rant, quæ in dicta Synodo examinari, & de-  
cidi debeant, nobis denuntiare & insinuare

03

non

3

EDICTVM

non prætermittatis. Alioquin in eo super  
præmissis, prout iuris rationis fuerit, ve-  
stri absentia in aliquo non obstante, verum  
consumacia exigente, in dicta Synodo proce-  
demus. Super præsentatione vero vobis de  
præsentibus facienda, relatione latoris cari-  
dem fidem indubiam adhibebimus: quas etiā  
in valuis nostræ Metropolitana Ecclesiae,  
ut huismodi Synodi Diœcesana congrega-  
tio eo connocatio omnibus innoteat, affigi  
eo publicari mandamus. Dat in nostro Ar-  
chiepiscopali Palacio Valentino die 8. mew-  
sis. Augusti Anno 1584.

El Patriarcha Arçobispo de Valencia.

Figuerola Secretario:

Figuerola

Fuji

# CONVOCATORIUM.

FUIT publicatum præsertum editæ  
prælo excessum, & ad omnes Ecclesiarii  
Rectores transmissum per varios cursores:  
& in valuis Metropolitana Ecclesia Va-  
lentine affixum, tanquam in eminentiori  
loco. Postea vero concurrentibus certis legi-  
timis ac gravissimis causis, per eundem Illu-  
strissimum & Reuerendissimum Dominum  
Patriarcham & Archiepiscopum Valenti-  
num fuit prorogata eadem Synodi congrega-  
tio in proxime sequentem Dominicam ter-  
tiam eiusdem mensis Septembris, videlicet  
decimam sextam dicem mensis, & publicata  
prorogatio.



O 4 IOAN-

IOANNES RIBERA  
 PATRIARCHA ANTIO-  
*chenus & Archiepiscopus Valentinus  
 omnibus suæ Diæcessis Christi-  
 fidelibus Salutem in  
 Domino.*



I ea esset in hominibus ad virtutem comparandam diligentia, & ad conservandam animi fortitudine, ut non facile in diversa laberentur: non ita multis legibus opus esset, quibus velut adminiculis ipsa morum rectitudo sustentari ac fulciri posset: sed ut magna est hominum incuria, & animi mobilitas, ita saepe fit, ut neglecta virtute multi obliqua sequantur, & in varia se vitia præcipites dedant. Hinc fit, ut nouis quotidie insurgentibus morbis noua sint adhibenda remedia: ne si ægritudo inualeat, nulla iam spes salutis relinquatur. Aliquot iam ab hinc

hinc annis Dicecesanam Synodum celebrauimus, vt sancita aliqua morum reformatione, si quæ collapsa viderentur, instaurari & erigi possent. Post vero cū res minimē id postularet, ab eo aliquandiu dēstītimus: donec cogitare cōpimus, non cōfē hæc exercitia diu intermittenda: sed repetenda potius, vt pullulantes in agro dominico sentes refecari, ac etiam auelli possint. Pascite, dicebat Beatus Petrus A postolus, qui in vobis est gregē Dei: prouidentes non coacte, sed spontaneē secūdūm Deum. Pascuntur autem dominici greges tum diuini verbi prædicatione, vt huiusmodi spiritali esca nutriti, ea quæ sūt spiritus, sapient: tum etiam Prælatorū statutis & mandatis, cum insurgentia mala prohibentur: & quæ bona sunt, sancte præcipiuntur. Sunt enim quos sola monitione ad bonum persuadeas: sunt qui fere ad omnia præceptis egent: sunt qui pœna etiam trahendi sunt. Quare vt huiusmodi etiam pastum nostris præberemus, meri-

O 5 to his-

Io AD DIOECFS A NOS  
to hisce diebus conuocata Dioecesana Sy-  
nodo, ac proinde vocatis ad hanc urbem  
omnibus nostre Dioecesis parochiarū pre-  
fectis, de his omnibus cum eis cōtulimus,  
quæ Dioecesi partim conuenire, partim  
etiam necessaria esse videbantur. Addidi-  
mus itaq; superiori Synodo decreta, sed  
pauca: neq; enim plura p̄f̄sens rerum sta-  
tus postulabat. Vestrum erit, iuxta præce-  
ptum Apostoli, obedire Præpositis ve-  
stris, & subiacere eis. ipsi enim per uigilāt  
quasi rationem pro animabus vestris red-  
dituri. Memores igitur vestri officij, mala  
prorsus abiicite, & quæ recta sunt, opera  
mini: ut eterna bona, quæ suis Deus para-  
ta habet, simul omnes tandem consequa-  
mur. Datum Valen. in domo nostra Ar-  
chiepiscopali. 6. kalen. Octobris, Anno  
1584.

EXHOR.

# EXHORTATIO AD diuinum officium attentre re- citandum.



Ed antequam Synodaliꝝ decreta proponantur, illud maximè nostros, qui sacris sunt initiati, admonitos esse velim, quanto animi studio & diligentia suo muneri intendere, quā pura & sincera mente omnia illa exequi, quæ corum conueniunt dignitati, debent. Quid enim sacer ordo non exigit virtutis & sanctimoniarū, ut recte & sancte omnia fiant, ac ne scandali aliquid aut offensionis ex factis, dictis, corporis habitu aut alia quacunque ex re oriri possit? Illud ergo sedulò ac diligenter à vobis curandum est, vt vite vestræ exemplo aliis ad omnia prebē gerenda duces sitis, & vt sic bona omnia in vobis splēdeant, vt splēdore illo reliqui etiam illustrentur: & iuxta preceptū Apostoli exemplū sitis aliis in verbo

verbo,in conuersatione,in charitate,in fide,& castitate.Illud etiā perpendite, quales iij esse debent, quibus ex munere cōpetit, non pro se ipsis tantum, sed pro aliis etiam Deum orare: quam charus,quā gratus, qui intercedit, illi esse debeat, quem orat: quicunque ad sua vota tlectere nititur.Sit ergo primum oratio vestra munda, quam nulla culpe macula deturpet: neque enim munda esse poterit, si ex mente prodierit immunda . Memores estote Moysi, dicebat Eliachim sacerdos, qui Amalech confidentem in virtute sua, nō ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.Et beatus Ioānes Apostolus prior sua epistola scribebat: Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciā habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea, que sunt placita coram eo, facimus . Quem locum beatus Hieronymus grauissimē his verbis explicat: Si id quod prēcipit Deus, facimus: id quod petimus, obtinemus.Et subdit: Valde enim

de enim apud Dominum vtraque hæc si-  
bi necessario congruunt, vt & oratione  
operatio: & operatione fulsiatur oratio.  
Vnde & Hieremias ait: Scrutemur vias  
noltras, & quæramus, & reuertamur ad  
Dominum: leuemus corda nostra cū ma-  
nibus ad Dominum in cælos. Certe is vna  
cum corde manus etiam ad Dominum le-  
uat, qui orationem suam operibus robo-  
rat: & iuxta beati Ioannis vocē, tunc cor-  
fiduciam in oratione accipit, cum nulla vi-  
tæ prauitas ei contradicit, & bonorū ope-  
rum ratio orationi concinit. D. etiā Chry-  
sostomus, quanta sit orationis dignitas ex-  
pliçans, eam genus quoddam esse sacrifi-  
cij asserebat, cum diceret: In precationi-  
bus possumus esse vigilantes, si considere-  
mus cui loquamur: si reputemus nos sacri-  
ficium Deo offerre, & gladiū tenere ma-  
nibus, nec non ignem & ligna: si cogitatio-  
ne cæli portas aperiamur, si illo transfera-  
mur, & arrepto gladio spiritus, infigamus  
illum in iugulum hostię; & illam sobrie-  
tate

tate maestemus, & lacrymas illi infundamus. Hic enim est huius sacrificij sanguis, huiusmodi illa ara rubescit mactatione, & subiungit: Ne committas igitur, ut tempore, quo orandum est, quid quam humana-  
rum cogitationum occupet animum tuum.  
Abraham enim cum hostiam adferret, non uxorem, non seruum, non alium quemquam passus est ad esse: itaque nec tu si-  
nas seruilem ac illiberalium affectum quidquam adesse tibi: sed solus ascende in montem, quoniam ascendit ille, quoniam fas non est quemquam alium ascendere. Quod si quae tam cogitationum tecum ascendere co-  
nentur, imperato illis cum authoritate, &  
dicito: Sedete hic: ego vero & puer ado-  
rato Domino reuertemur. Relicto itaque  
quidquid humanum fecerit, ascende: atque  
aram sicut ille aedificauit, edifica: tanquam  
nihil habens humanum, sed velut a natura  
factus alienus. Siquidem ille, nisi ultra na-  
turam exiisset, nequaquam filium immola-  
re voluisse: Ne igitur res villa, ait, cum  
oras

oras, tibi obstrepat, sed fias cælis excel-  
fior: suspira amare, immola confessionē:  
dic tu peccata tua prior, vt iustificeris: &  
offer contritionē cordis. Hæ victimæ nō  
in cinerem abeunt, neque in fumum dis-  
soluuntur, neque lignis egent, aut igne,  
sed sola mente compuncta. Hęc ligna, hic  
ignis incendens illa, & non exurens. Ete-  
nim qui cui seruore orat, inflammatur, nō  
exuritur: sed velut aurum igne probatum  
sit splendidior. Ad hunc modum sanctissimi  
patres ipſos fideles ad orandum hor-  
tabantur. Ex quibus colligimus, quam lō-  
ge aliter agant, qui dum Deum oraturi  
sunt, quasi non id acturi, aliud cogitant: di-  
gnitatē rei, quam aggrediuntur, minime  
perpendentes: alij in locis minus oratio-  
ni aptis orantes: alij profana miscentes ne-  
gotia: & nihil minus cogitātes, quā quod  
agunt: alij quo tempore cum aliis attentē  
concinendum est, de rebus variis cum af-  
fidentibus colloquentes: cum tamen toto  
animo, totaqué mente Deus orandus  
fit:

## EXHORTATIO

fit: vt & orantibus ipsis suo fauore adfit,  
 & his etiam adesse dignetur, pro quibus  
 orationes sunt institutæ. Quanta igitur  
 possum animi propensione vos hortor, at  
 que obtestor, vt hæc maxime aduertatis,  
 & ita opere præstetis, vt nihil in vobis ea  
 in re sit reprehensione dignum: quin po-  
 tius ex tota vite vestræ ratione, ac inter  
 alia ex hoc etiam orandi Deum mo-  
 do Deus ipse maxime glorifice-  
 tur, qui sit semper, & in se  
 cula benedi-  
 ctus.



CON-

A D M O N I T I O A D  
parochianos de conueniendo in Ecclesiā  
Parochialem diebus dominicis & fe-  
stis ad audienda diuina  
officia.



*Vit olim tanti apud antiquos Pa-  
tres ille frequens in ecclesiam pro-  
priam parochialem fidelium con-  
uentus, ut ad hanc disciplinam populi Christi  
ani institutioni valde accommodatam reti-  
nendam, certis decretis cautio aliqua adhibi-  
ta sit Primum enim hoc iussum est, ut domi-  
nicis, festisque diebus Parochi antequam mis-  
sam celebrent, plebem iuterrogent, an alteri  
us parochiae fidelis adsit, qui proprio contem-  
pto Presbytero, ibi missam audire velit. quē  
si inuenient, statim inde eiscent, & in Pa-  
rochialem suam Ecclesiam ad missam audi-  
endam redire compellant. Deinde illud pla-  
ne vetitum fuit, alienae Parochiae fidelem a  
Parocco ad missam recipi, nisi in itinere fue-  
rit, & placitum ibi habuerit. Cuius veteris*

P disci-

disciplinæ restituendæ, in usumque reuocandi  
die desiderio flagans olim summus Ponti-  
fex Urbanus VI. eo de genere Apostolica  
sanctione diligencissime cauit: Et nuper sa-  
cra Tridentina Synodus œcumonica ab Epis-  
copis fideles non solum hoc moneri voluit, ut  
freqüenter ad proprias parochiales Ecclesiæ  
saltæ dominicis diebus, festisque maioribus  
accelant: sed illud etiam diligenter ostendit  
vnumquemque teneri, ubi commode fieri po-  
test, Parochia sue interesse ad audiendum  
verbum Dei, ac proinde id præterea statuit,  
parochis, animarūque curatoribus inter mis-  
serum solemnia aliquid ex iis, que in missa  
leguntur, exponi, et sanctissimi illius sacri-  
ficij mysterium aliquid explanari, plebes sibi  
commissas salutaribus verbis pasci, easdēque  
doceri, que scire omnibus necessarium est ad  
salutē, in lege Domini erudiri, et sacra elo-  
quia illis explanari: tum in unaquaque Ec-  
clesia parochiali pueros fidei rudimentis in-  
strui. His igitur eiusdem Tridentinae Syno-  
di decretis, veteri salutari exemplo addu-

cti cum

Ei cum Populum Vrbis, Duecesisque Valen-  
tiae nostrae, rebus ad salutem necessariis in-  
struendum per bona opera ad primum semper  
ernum perducere summopere in Domino cu-  
piamus: hac nostra monitione eos uniuersos,  
et singulos cohortamur, ac per viscera misse  
ricordie Iesu Christi domini nostri obsecra-  
mus, atque obtestamur, ut quamuis in suis vi-  
ciniis Oppidis, et Suburbiis, oratoria, capel-  
las, aliasue Ecclesias habeat, ubi sanctissimo  
missa sacrificio interesse possint, frequenter.  
tamen dominicis saltem: aliisque solemnibus  
festis diebus ad suam quique parochialē Ec-  
clesiam conueniant: ubi a parocho, cui eorum  
cura commissa est, verbo Dei pescatur, fidei  
Christianæ rudimentis, aliisque animarū sa-  
luti necessariis preceptis erudiantur, ad san-  
ctissima sacramenta religiosius percipienda  
instruantur, ad eorundēque frequentē usum,  
ut illa sacra Synodus optat, paternis eius co-  
hortationibus indies magis inflammen-  
tur: tum ab eodem item audiant, qui dies fe-  
sti, si qui in hebdomadā inciderint, colēdi:

P 2 qua.

quæ vigiliae, ieiuniaue seruanda sint, discant  
 ab ipso: item quæ christiano pietatis officia  
 in illis religiose colendis prestari oporteat,  
 ac quæ præterea supplicationes, processiones  
 ue, aut stationes, orationes, indulgentiae, iubi-  
 lea indicantur: quæ matrimoniorum denun-  
 tiaciones fiant: quæ item pro ratione tempo-  
 rum admonitu, usiue Episcopali ad diligen-  
 tiorem eorum institutionem promulgentur.  
 His atque aliis fructibus, qui ex paternis pa-  
 rochi vel in cohortando, vel in monendo of-  
 ficiis existunt, eos carere continget, qui ad  
 missam iis diebus in suam Parochialem Ec-  
 clesiam non cōueniunt. Imo vero quia hoc au-  
 diendæ illis diebus missæ parochialis munus  
 a fidelibus minus diligenter præstatur, & a  
 quibusdam plane negligitur, multa incom-  
 moda inde existunt. Hinc in plerisque saepe  
 fidei articulorum & Dei, sanctæque mitris  
 Ecclesiæ præceptorum, quæ ad salutem con-  
 sequendum Christianū hominem nosse opor-  
 tet imperitia, festorum dierum cultus negle-  
 ctus, debita Christianæ pietatis opera non ex-  
 cultus,

culti, non cogniti christiani familiarium institutio, languescens sacerdotum parochorum omne officium, eorum aliquis contemptus, sanctissimorum institutorum, & sacrorum canonicis viatorum usus: binc deniq. in Ecclesiis parochialibus, quæ a maioribus tanto pietatis studio exædificatae sunt, instaurandis, ornandis, sarcis teat. que habendis cura multis ex partibus neglecta, in illisq. nulla, aut penè exigua Ecclesiastica ad diuina officia abunda necessaria supellex. His tot tatisque malis atque incommode vniusquisque occurrere studeat, id diligenter exequendo quod sanctorum patrum suadet authoritas, quod Tridetina Synodus monet ac iubet, quod ex illius iussu nos de vniuersuisq. vestrum salute solicii paternis vocibus cohortamur & monemus in Domino. Nec vero quenquam aliquid, quod vel ex parochialis Ecclesiæ aliqua distantia, vel ex pluvia, frigore, aestu, temporum veri cæsitudine existit, in commodum ab hoc officio deterreat: imo vero ad illud diligentius exequendum, pro ut in Domino confidimus,

P 3 sequiſ-

se quisque eorum accedat necesse est, qui salutis suæ memores huius rei gravitatem, eorum, quæ commemorata sunt ratione perpèdunt: quique aliquando secum animo reputabunt, non solum parochialem Ecclesiam sibi datam esse, in qua primum baptismo suscep-  
to Christo Domino renati, aliis sacramentis adantur ad perpetuam salutem: sed parochiū etiam sacerdotem sibi loco parentis esse debe-  
re, quem diligant, colant, atque obseruant,  
hoc sibi proponentes, illum profidelibus sibi  
commissis apud Deum internuntium, ac de-  
precatorem esse, diuinæ legis interpretem,  
dispensatorem mysteriorū Dei, Christianæ  
vitæ, & morum disciplinæ magistrū, a quo  
omne petant pie recteque agendi consilium,  
ac denique ministrum omnium fore, que ad  
salutem eis necessaria sunt. Huic autem no-  
stræ monitioni, et si omnes pro præcipua sua  
salutis cura audientes esse debent, in primis  
tamen Patres familiæ, Tutores, Ludimagi-  
stros, ceterosque aliorum moderationi cura-  
gione præfertos cobortamur, diuinæque cō-  
testa-

# AD PAROCHIANOS. + 32

testatione admonemus, ut de sua & aliorū  
quorum curam gerunt, salute solliciti primū  
ipsi hæc paterna monita amplectantur, tum  
illos etiam crebris cōbortationibus, ad illa  
exequenda inflamment, idque curen, ut non  
solum missæ & diuinorum officiorum tem  
pore, illi in parochialem Ecclesiam coueni-  
ant, verum etiam, ut institutas in ea doctri-  
næ Christianæ scholas, statis illis diebus fre  
quentent.



P 4

ACTIO

## ACTIO PRIMA.

## Professio fidei.



N nomine sanctæ & in diuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nos Ioānes Riberia Patriarcha Antiochenus, & Archiepiscopus Valentinus, in Synodo Dioceſana aetu præsidens, quam sub beatissimo Domino nostro Gregorio Papa decimo tertio, Pontificatus eius anno tertio decimo Regnante inuitissimo Domino nostro, & Rege Catholico Philippo secundo, regni eius anno vigesimo octauo, ad decimum quartum Calēdas Nouembris Anni Millesimi quingentesimi septuagesimi octauis facri Conciliij Tridentini Decreto obsequentes, in hanc ciuitatem congregari iufsimus: considerantes fidem fundamentum esse omnium bonorum operum, sine quo totum

totum spirituale ædificiū corruere sit necesse: exemplo etiam patrum, qui in principio suarum actionum sacrosanctam fidē profiteri confuerunt: quod etiā sacra Tridentina Synodus faciendum esse docuit: Fidei professionem, antequā de re a' iqua à nobis in hac Synodo sermo suscipiatur, præmittendā esse decernimus, atq[ue] premittimus, ea forma & verbis, quibus in literis sanctissimi Domini nostri Pij Papæ quarti præscripta fuit. In hunc igitur modum hæc Valentina Synodus fidem ipsam toto animo profitetur.

**C**redo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium: Et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum: Et ex Patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum, cōsubstantiale Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter

## ACTIO

nostram salutem descendit de cælis: Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine: Et homo factus est. Crucifixus etiā pro nobis sub Poncio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas: Et ascendit in cælum, sedet ad dextram Patris: Et iterum venturus est cū gloria iudicare viuos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, et viuiscentem, qui ex Patre, Filioque procedit: Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum: Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi seculi. Amen.

Apostolicas et ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constituciones firmissime admittimus, et amplectimur. Item sacrā scripturā iuxta eum sensum, quē tenuit, et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu,

sensu, & interpretatione sacrarū scriptura  
 rum, admittimus. Nec eam inquit nisi iuxta  
 unum in mem consensum patrum accipiemus, et  
 interpretabimur. Profitemur quoq. septem  
 esse vere, & proprie sacramenta nouæ legis  
 a Iesu Christo Domino nostro instituta ad  
 salutem humani generis, licet non omnia sin-  
 gulis necessaria, scilicet Baptismum, Confir-  
 mationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ex-  
 tremum unctionem, Ordinem & matrimo-  
 niū: illaque gratiam conferre: Et ex his Bap-  
 tismum, Confirmationem, & Ordinem, sine  
 sacrilegio reiterari non posse. Receptus quo-  
 que & approbatos ecclesiæ Catholicae ritus  
 in supradictorum omnium sacramentorum  
 solenni administratione recipimus, & admi-  
 timus, Omnia & singula, quæ de peccato ori-  
 ginali, & de iustificatione in sacrosā Etat Tridentina Synodo diffinita & declarata fue-  
 rūt, amplectimur, et recipimus. Profitemur  
 pariter missa offerri Deo verū, proprium, et  
 propitiatorium sacrificium pro viuis & de-  
 functis. Atque in sanctissimo Eucharistia  
 sacra-

## ACTIO

sacramento esse vere, realiter, & substantia  
 liter corpus & sanguinem una cum anima  
 & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, sic  
 rique conuertionem totius substantiae panis  
 et corpus, et totius substantiae vini in sanguinem,  
 Quam conuersionem Catholica Ecclesia trans-  
 substantiationem appellat. Fatemur etiam sub  
 alteratum specie totum, atque integrum  
 Christum, verumque sacramentum sumi. Co-  
 stanter tenemus. Purgatoriū esse, animasq.  
 ibi detentas fidelium suffragiis iuuari. Simi-  
 liter & Sanctos confitemur una cum Christo  
 regnantes venerandos, atque invocandos  
 esse: eosque orationes Deo pro nobis offerre:  
 atque eorum reliquias esse venerandas. Fir-  
 miter asserimus, imagines Christi, ac Deipa-  
 rae semper virginis, necnon aliorum sancto-  
 rum, habendas & retinendas esse, atque eis  
 debitum honorem & venerationem impar-  
 endam. Indulgentiarum etiam potestate  
 Christo in Ecclesia relictam fuisse: illarum-  
 quicunque usum Christiano populo maxime saluta-  
 rem esse affirmamus. Sanctam, Catholicam,

et A-

Cō Apostolicam Romanā Ecclesiā omnium  
 Ecclesiarū matrē, Cō magistrā agnoscimus  
 Romanoque Pontifici, beati Petri Aposto-  
 lorū Principis successori, ac Iesu Christi Vi-  
 cario, veram obedientiam spondemus, ac iura-  
 mus. Cætera itē omnia a sacris canonibus Cō  
 Oecumenicis Conciliis, ac præcipue a sacro-  
 sancta Tridentina Synodo tradita, diffinita,  
 Cō declarata, indubitanter recipimus, atque  
 profitemur. Simulque cōtraria omnia, acque  
 hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas;  
 Cō reiectas, Cō anathematizatas, nos pari-  
 ter damnamus, reiicimus, Cō anathematiza-  
 mus. Hanc veram Catholicā fidē, extra quā  
 nemo saluus esse potest, quā in præsentispon-  
 te profitemur, Cō veraciter tenemus, eandē  
 integrām Cō inviolatam usque ad extremū  
 vitæ spiritum constantissime (Deo adiuuan-  
 te) retinere, Cō cōfiteri, atque a nostris sub-  
 ditis, seu illis, quorum cura ad nos in muneri  
 nostro spectabit, teneri, doceri, Cō prædicari  
 quantum in nobis erit curatuos.

DE-

DECRETUM  
SINODI DIOECESANAE  
Valentinæ, præside Illustissimo ac Reue-  
rendissimo domino Ioanne Ribera Patri-  
archa Antiocheno & Archiepiscopo  
Valentino, Anno 1584.  
mense Septembri.

*Quando, & quantum pro literarum lectio-  
ne, quae in Ecclesiis fieri solet, a  
Curatis accipi possit.*

DECRETVM PIMVM.

 Ominēdanda sane & laudabilis  
est in hac nostra Diœcesi cōsue-  
tudo, qua Parochi & eorum Vi-  
carij nihil accipiunt quum literæ matri-  
moniales, aut edicta ad sacros ordines sus-  
cipiendos confecta, aut cuiusuis alterius  
rationis literæ, quarum lectio ad ipsorum  
munus spectat, in ecclesiis ad populum  
per leguntur: quem morem in posterum  
etiam

etiam seruari volumus. Quia tamen aliquando ad perlegendas in pulpito diebus festis priuatarum personarum literas, quales sunt monitorie, & illae quibus excommunicatione infertur, & quae dicuntur Pauline, non parum laboris insumendum est, statuimus, Synodo approbante, ut in posterum pro singulis literis monitoriis quoties legentur, nummos quatuor: & pro Paulina vna, & aliis quae minime breuiores fuerint, solidum unum accipere possint.

*Quomodo ceræ quartæ accipienda sit.*

## DECRETUM II.

**S**Olet in hac nostra dioecesi cum mortui sepeliuntur, ceræ quæ dicitur quarta, non uno eodemq; modo, sed varie a diuersis accipi: vt autem unus in tota dioecesi in hac re modus obseruetur: statuimus, approbante Synodo, predictam ceræ quartam hoc modo ab omnibus accipi debere: Si ad sepelendum defunctum funales cerei, qui in-

torti.

## D E C R E T A

intortitia dicuntur, deferantur, duo ex il-  
lis pro quarta accipientur: itidem ex ce-  
reis maioribus & communibus duo, quos  
ipse accipiens maluerit. Si vero minores  
tantum cerei allati fuerint, aut sine cereis  
mortuus sepeliatur, possit sex accipere  
solidos iuxta decreta huius Archiepisco-  
patus Synodalia: aut ex paruis illis cereis  
tot, quot pro consuetudine quibusdam in  
locis dari solent, accipiat. Quem modum  
in omnibus Archiepiscopatus ecclesiis  
seruari volumus, ne ullū ea in re sit in di-  
uersis ecclesiis discriminē.

*Ne duplex portio ob defuncti tantum re-  
ceptionem accipiatur.*

## D E C R E T V M . III.

**Q**uoties defunctus aliquis extra pro-  
priam parochialem ecclesiam sepeli-  
endus erit, si contigerit aliquam ob cau-  
sam, ut pote propter loci distantiam, cleri-  
cis parochiarum, quæ funus committan-  
tur, duplicē portionē deberi, ut in Cata-  
logo

logo Synodi diccesanę Valenciæ celebra-  
tæ anno M: D. LXVI. præscribitur, man-  
damus ne ecclesia illa, in qua sepeliendus  
erit defunctus, ob illius receptionē por-  
tionem illam duplicem accipiat. Neque  
enim æquum est, vbi dispar est labor, pa-  
rem esse mercedem, nisi forte Ecclesia il-  
la ab ipsa defuncti domo funus comitata,  
eundem cum altera labore subiisset. Tūc  
enim duplicem portionem ipsa etiam re-  
portabit.

*Peregrinationes in oppidis minime fiant  
non vocato oppidi curato.*

## DECRETVM. IIII.

**A**ccidit aliquādo, vt ex oppido in op-  
pidum peregrinationes in processio-  
num modū deuotionis alicuius occasio-  
ne non accersito oppidi Rectore fiant:  
quæ cum posthac ob ea in commoda, quæ  
ex illis aliquando euenire solent, permit-  
tendæ non sint, ipsis etiam parochis omni-  
bus & eorum vicariis, Synodo approban-

**Q**ue te, sub

te, sub poena excommunicationis latæ sententiæ mandamus, ne si huiusmodi processiones ad eorum oppida perueniant, illis cum processione aut aliter obuiam eant, ac ne ad eorum ingressum campanæ pulsentur.

*Si occisus aliquis fuerit ab hoste, quāvis moderata solita tamen pompa sepultatur.*

## D E C R E T U M V.

**E**xtrypanda plane est praua illa consuetudo ab aliquibus in hanc diœcesim inducta, qua si qui fuerint, ab inimicis occisi, aut sinistro aliquo casu occubuerint, noctu absque lumine, & comitatu sepeli ri solent: & quod magis dolendum est, ipsum etiam missæ sacrificium, & suffragatoriæ præces, quibus ecclesia pro defunctis orare solet, impiè omittuntur. Quapropter omnibus nostri Archiepiscopatus Rectoribus atque Vicariis, aliis itidē personis omnibus ecclesiasticis, ac ipsis etiam laicis sub excōmunicationis poena, in quam

In quam contra agentes ipso facto incidunt, præcipimus: ne in posterum alicuius defuncti corpus prædicto modo sepe liant, aut sepeliri permittant. Imo vero Rectores ipsi, cum non constiterit conditum ab ipso defuncto fuisse testamentum modum quo sepeliri debet, constituant: ut scilicet interdiu, præcedente cruce, & subsequente ecclesiæ parochialis clero, adhibito etiam campanarum sonitu sepihiatur. Post vero quam primum Rector poterit, ipsum testamentarum causarū iudicem de ea recertiorcm faciat, vt quæ suffragia pro defuncto illo sint Deo offrenda, designare possit: vt fit, iuxta Synodalia statuta, cum quis intestatus obierit.

*Fublice excommunicati, post etiam diebus dominicis nominatim publicentur,  
aut ea de re Superior  
consulatur.*

## DECRETVM VI.

Q<sub>2</sub>

Execrā-

**E**xecranda est illorum animi obdurate  
tio, qui magno censurarum ecclesiastici  
carum contemptu, excommunicatione mul-  
to tempore ligatis, rationem qua illa fol-  
uantur, minime querunt. Quare parochis  
omnibus nostri Archiepiscopatus, eorum  
que Vicariis mandamus, imposita illis si  
aliter egerint, excommunicationis latæ sen-  
tentiae poena, ut dominicis diebus in ipso  
ecclesiæ suggestu eos, qui in parochiali-  
bus corum ecclesiis publicè & nomina-  
tim excommunicati fuerint (quorum no-  
mina penes se descripta habeant) nomi-  
natim publicent: aut certe (si res ipsa po-  
poscerit) superiorem de causa, ob quam  
id fieri debere non videbitur, consulant.  
Populo etiam significant, excommunicati  
illos vitandos esse, & fidelium parti-  
cipatione esse priuatos quæ publicatio  
durabit donec de illorū absolutione per  
literas eius, à quo excommunicatio lata  
fuit, constiterit.

Per-

# S Y N O D I.

37

Personas ecclesiasticas nullis impositionibus, ac ne in directe quidem a Domini  
nisi, vel vniuersitatibus esse  
grauandas.

## DECRETVM VII.

**Q**uamquam contra dominos temporales, & quascumque loquorum vniuersitatis, quæ ipsos beneficia obtinentes & personas ecclesiasticas aduersus ecclesie immunitatem, impositiones, & quas vocant tallias, ab ipsis impositas, soluere compellunt, ius canonicum statuta condiderit, graues etiam pœnas imposuerit: quia tamen in hac nostra diœcesi nonnullis in locis palliato quodam locationis, quam arrendamentū vocant, colore ecclesiastice personæ indirecte saltem grauantur, æquum erit hoc malum pro viribus nostro etiam decreto euellere. Solent enim Domini & vniuersitates, aliqua pecuniæ summa accepta, macella locare, quæ locatio, vt diximus, arrendamenti nomine appellatur, concedentes vt in illis non solū

Q 3

carnes

## DECRETA

carnes scindi ac vendi possint, sed etiam ut carnium libra aliquanto pluris quam valeat, vendatur: qui iusti valoris & precij excessus vere locum impositionis habet. Quia ex re ecclesiasticae persona detrimentum patiuntur, nisi illis superabundantibus illius precij restitutio fiat. Quare Lateranensi Concilio & Bullæ in Coena Domini inhærentes, approbante etiam Synodo, predictis dominis temporalibus si dicto modo beneficiatos, aut sacris iniciatos, aut quoscunque religiosos ad prædictam impositionem soluendā, aut alias quascunque compulerint, excommunicationem latè sententiae eo ipso incurrendam imponimus. Si vero Vniuersitates fuerint, ipso facto interdicto subiaceant, à qua excommunicatione minime absoluuntur, neque interdictum cesset, donec predictæ impositionis solutione ipsi ecclesiastici liberentur: & damni & impensarum eis restitutio fiat.

Quo

*Quomodo in die commemorationis defun-  
ctorum possint in eadem Ecclesia plu-  
res missæ pro defunctis.  
decantari.*

## DECRETVM VIII.

**V**T nostrorum ecclesiasticorum pau-  
pertati aliquo modo subueniamus,  
quod libenter à nobis præstatur, quoties  
absque incómodo aliquo id fieri potest,  
sic statuendum esse, ipsa Synodo appro-  
bante, duximus: Quamuis merito, ac etiā  
sanctè à Reuerendissimo domino Mar-  
tino de Ayala præcessore nostro in Syno-  
do diœcesana actione I. cap. XIIII. sanc-  
tum fuerit, in die commemorationis om-  
nium defunctorum vnam tātum Missam  
nempe conuentualem, decantandam esse  
reliquas verò omnes priuatim & submis-  
sa voce celebrandas. Quia tamen po-  
puli deuotio ex pluribus decantatis mis-  
sis augeri videtur, & ne hac occasio-  
ne populus eo die à propriis suis ecclæ-

Q 4      siis

ecclesiis alio diuertat, si viderit non adeo honorifice & solemniter posse ibi profuis defunctis sacrificia offerri: Declaramus plures missas pre dicto die in una eccllesia decantari posse, dummodo id successione fiat, ut una scilicet post aliam, & singularē integre a principio ad finem, & cantu non præcipiti decantentur. Licebit autem tot decantare Missas, quod conuenienti & debita veneratione decantari poterunt. Accipiat autem clerus pro singulis huiusmodi missis solidoru decem eleemosynam, non eo plus. Quod autem ad ipsas absolutiones attinet, is ordo in eis seruetur, qui in dicto decreto fuit constitutus.

*Subdiaconi beneficia obtinentes ad distributiones & emolumenta in ecclesijs admittantur.*

## DECRETUM IX.

Beneficia ecclesiastica obtinentes, quia ad subdiaconatus tantum ordinē sunt promoti, cum non iam ad seculum retro cedere

cedere possint, jamque altari descruiant, ac proinde de altari sit illis viuendū: me-  
rito approbante Synodo declaramus, il-  
los in hac nostra diœcesi ad omnes distri-  
butiones in ecclesiis percipiendas, & ad  
omnia integre emolumenta, ad quę cæte-  
ri, qui presbyteri sunt, admittuntur, admit-  
tendos etiam esse, uno excepto extremæ  
unctionis sacramento.

*Construantur in Ecclesiarum archiuis repo-  
sitoria, in quibus beneficiorum acta  
tuto custodiantur.*

## DECRETVM X.

IPso temporis decursu compertum fuit  
atque ipsa nos etiam experientia docet  
multorum beneficiorum redditus, illorū  
inuria, qui ipsa beneficia obtinent, in di-  
es magis amitti: cuius rei illa potissima  
est causa, quod segniter admodum ipsa cē-  
sum acta, & alia iuſtrumenta ad benefi-  
ciū pertinentia ab eis custodiantur. Qua-  
re huic malo occurrere volentes, ipsa cō-

Q5

ſentien-

## DECRETA

sentiente Synodo mandamus, Ut in omnibus nostræ dioecesis ecclesiis in quibus beneficia fuerint instituta, post tres menses ab huius Synodi promulgatione Rector & clerus intra ipsum ecclesiarum archivum repositorum unum conficiant, cum tot scriniolis, siue cellulis, quot in illa ecclesia beneficia fuerint. In quo acta omnia, & instrumenta ad beneficium spectantia in posterum recondantur, ita ut singulæ cellulæ singulis beneficiis deputentur. Quod ipsorum beneficiatorum expensis respectuè fiat. Quæ acta educi inde sine urgenti necessitate minimè possint, & nisi cautio de illis in eundem locum restituendis intra tempus ab archiui custode prescribendum ipsi prius fuerit data. Quod ipsum repositum clausum semper erit cuius clauem seruabit idem archiui custos. Quod autem ad ea beneficia spectant que in monasteriis, Confraternitatibus, hospitalibus, & alijs piis locis, quæ ecclesie parochiales non sunt, fundata fuerint,

man-

mandamus, corum beneficiorum acta, & scripturas in repositorium illitus parochie reponi, intra cuius ambitum monasteria illa, confraternitates, hospitalia, & pia loca fuerint sita.

*In funerariis aetibus eadem portio clericis parochialem Ecclesiarum detur, quæ clericis Metropolitanæ Ecclesiæ dari solet.*

### DECRETVM XI.

**I**N ualuit consuetudo in hac Valentina ciuitate, ut in quibusdam funerariis actibus, ad quos ecclesia metropolitana cum aliis ecclesiis parochialibus concurrit, maior portio clericis metropolitanæ ecclesiæ, quam aliarum Ecclesiarum parochialium tribuatur. Sed ne aliquibus haec disparitas sit iniucunda, approbante etiam Synodo statuimus, eandem posthac parochialium Ecclesiarum clericis portionem dari debere, quæ clericis Metropolitanæ ecclesiæ datur: cum labor sit omnium æqualis.

In

*In missa conuentuali præfatio et oratio Dominica cantu, non sub missa voce proferantur.*

## DECRETUM XII.

**E**A festa, quæ in ecclesia præcipue celebrantur, solenniter à nobis peragenda sunt. Quare ut aliqui ea in re abusus tollantur, præcipimus, ne vlla ex causa diebus dominicis & festis in missa conuentuali prefatio & oratio Dominica absque cantu sub missæ dicantur: neq; in matutino officio antiphonæ & responsoria suo cantu priuentur. Qui huic decreto repugnauerit, XXXX. solidis multetur, fabricæ ecclesiæ applicatis.

*Celebrans missam ex his missis, quæ ad collationem spectant, eam in libello papyraceo describat.*

## DECRETUM XIII.

**Q**uo maioris momenti est, & magis salutiferum missæ sacrificiū, quod pro viuis & defunctis Deo offertur, tanto diligenterius

## SYNODI.

45

ligerentius curandum est, ut misse tam ab  
ipsis iam defunctis, quam ab his qui vitā  
adhuc agunt, ecclesiis ad celebrandum re-  
licitæ & impositæ vere celebrantur. Quia  
propter consentiente etiam Synodo, cui  
cunque presbytero qui missam ex his ce-  
lebrare missis voluerit, quæ in parochiis  
ad ecclesiæ collectorem spectant, præci-  
pimus, vt illam eodem ipso die propria  
manu in Quaternione papyraceo, vel li-  
bello ad hoc deputato describat: ita enim  
facilius ac certius poterit visitator ea de-  
re rationem exigere, & omnia ad veros  
calculos reuocare. Si aliter egerit, nulla il-  
lius missæ, quæ scripta predicto modo nō  
fuerit, ad celebrantis utilitatem ratio ha-  
beatur.

*Quod qui in parochialibus Ecclesiis mor-  
tuos sepeliunt, quos fossores vocamus, re-  
liquis in officio suo exequendo  
præferantur.*

DECRETVM XIII.

Iura

Vra omnia ac priuilegia ecclesiarū pa-  
rochialium, vt pote quę suorum paro-  
chianorum spiritales matres vere habean  
tur, in omnibus earum ministris obserua-  
ri maxime debent, etiā si minister ille ul-  
timus inter illos locum habeat. Cum igi-  
tur hi ministri, qui in ecclesiis parochiali-  
bus mortuos ex officio sepeliunt, illis ec-  
clesiis continuo inseruiant, & earum pau-  
peres gratis sepelire, aliaque obsequia il-  
lis sine ullo emolumento frequenter præ-  
stare soleant. Merito præsentī hoc nostro  
decreto illos hoc modo iuuandos esse de-  
cernimus. Si defunctns aliquis in propria  
parochiali, seu alia quacunque ecclesia sit  
sepeliendus, idquę comitante confrater-  
nitate aliqua ex his, quae ad huiusmodi fu-  
nerarios actus peculiares ministros habēt  
proprię parochialis ecclesie sepeliendi  
minister suum munus exequatur, hoc est  
ipsum cadauer deorsum deferat, ad ec-  
clesiam portet, atque etiam si in propria  
parochiali ecclesia sepeliendum est, sepe-  
liat.

liat. Quod si aliquem ex his aetibus confraternitatis ministri efficiant, ministro tamen proprię parochialis ecclesie portio integre perfoluatur, ac si suo officio functus omnino fuisset, nulla in contrarium obstante consuetudine.

*Visitatores domibus Rectorum aut clericorum excipi hospicio possint.*

## DECRETVM XV.

**I**N nostra dioecesana Synodo ante hanc ultimò celebrata decreto XXXVIII. statutū fuerat, ne visitatores nostrò dioecesis ipso visitationis tempore ad Rectorū vel clericorum domos hospitij causa diuerterent. Sub excommunicationis itidem latę sententiæ pœna præcipiebatur, ne parochi seu clerici perse, vel per aliū pecuniā, aut quodcūq; aliud munus visitatoribus cōferrét: ac ne ipsi visitatores spōte etiam oblatum reciperen̄t. Quoniam

tamen

## DECRETA

tamen multis in locis nō alia ad illos hospitio excipiendos quam ipsius Rectoris domus reperiri potest: & in ipsa domo. in qua visitator excipitur, de corrigendis personarū ecclesiasticarū moribus sēpe est agendum, quod inter laicos minime decet: vt omnem etiam ob rem parui momenti, cēsuræ metum auferamus: hoc nostro decreto potestate visitatoribus facimus, vt possint post hac Rectorum & clericorum domibus hospitio excipi. Itidem declaramus pæna illa excommunicationis latē sententiæ illos tantum ligari, qui visitatores suis expensis aluerint: & ippos visitatores, si huiusmodi alimenta tē pore visitationis preter stipendium eis assignatum, acceperint Reliqua in prædicto decreto statuta suam virtutem & robur habeant.

*De reductione Missarum.*

## DECRETVM XVI.

**Q**uamuis de Missarū reductione, que ex varijs defunctorum relictis impo sitæ

sitę erant, nec celebratæ adhuc ob sacerdotum paucitatem fuerant, in nostra diœcesana Synodo anno Domini M. D. LXXVIII. celebrata sanctum fuerit. & toto hoc tempore ut celebrarentur, diligenter curauerimus: fieri tamen ob eandem causam non potuit, quin multæ ad huc celebrandæ relinquuntur. Ne igitur pie testatorum voluntates depereant, & ut illorum conscientiæ, quibus hoc negotium incumbit, consulatur: Sacri Tridentini Concilij decretum secuti, quod incipit, Contingit saepe: ubi potestas Episcopis datur, ut in diœcesana Synodo hac de re statuere ea possint, que ad Dei honorem & cultum, ecclesiæque utilitatem iudicauerint expedire, in hunc modum statuimus: In omnibus tam collegiatis quam parochialibus huius diœcesis ecclesiis (in quibus declaramus sequentem missarum reductionem necessariam esse) Missæ omnes ex varijs defunctorum relictis impo- sitæ, quæ hactenus celebrari minime po- si.

R tuerunt

tuerunt, sed neque nunc possunt, ac pro inde necessario celebrandæ supersunt, reducantur, sicut præsentí hoc decreto illas reducimus in Anniversaria perpetua, aut in distributiones quotidianas, quæ ad horas in choro præsentibus distribuātur, aut in alia pia opera nostra voluntate & arbitrio exprimenda, ut pro qualitate & necessitate cuiuscunq. ecclesiæ illi conuenire, iudicabimus. Ita tamen ut qui hęc cōmoda senserint, intelligant, se ad strictos esse ad orandum, & commemorationem pro illis faciendam, qui legata illa pro animarum suarum salute reliquerunt: & ad ea etiam præstanta, quæ à nobis adhanc rem illis imponentur. Ut autem perpetua hęc Anniversaria celebrari possint, & distributiones quotidianæ in choro per solui, & alia pia opera perfici, eas omnes eleemosynas, quæ ad prædictas missas celebrandas in ecclesiis congregatę sunt ex nunc ad dictos effectus applicamus. Ex qua pecuniarum summa in tutis ac securis

curis locis census, nostro tamcn assensu  
& decreto constituantur.

*Propria parochialis ecclesia generaliter ad  
funus procedere potest, aliis non ge-  
neraliter procedentibus.*

## DECRETVM XVII.

**S**i defunctus aliquis extra parochialem suam ecclesiam sepeliendus sit, petaturque, ut ad funus deducendum ipsa tantum propria parochialis ecclesia generaliter procedat, præcipimus, ne ex ea parochia in qua, vel intra cuius ambitum defunctus sepelietur, plures clerici ad illum sepelicendum conueniant, quam ex propria parochiali ecclesia ad eundem effectum conuenerint: ne alicui inuito tot impensæ absque illâ causa fiant: non obstante huic decreto quacunque alia huius Archiepiscopatus in contrarium: constitutio-

## DECRETA

*De cereis in altaribus, dum missæ celebrantur accendendis.*

## DECRETVM. XVIII.

**V**Tea,qua decet,veneratione sacrum  
Missæ sacrificium celebretur,mandamus,vt in beatæ Mariæ virginis , & animarum altaribus , in quibus frequentius missæ celebrantur,duo iustæ magnitudinis cerei apponantur:qui donec missa siniatur , sint accensi . impensè fumentur ex eleemosynariis beatæ Mariæ vitginis, & animarum patinis, vbi eleemosynæ abundauerint.

*De his, qui examini & causis Ecclesiasticis præficiuntur.*

## DECRETVM XIX.

**S**acri Tridentini Concilij decreto obtemperantes, eorum examini , qui vacaturis

caturis ecclesiis sunt præficiendi, sequentes S.T. Doctores approbante Synodo deputamus, quorū nomina sunt sequētia.

D. Iacobus Ferrusius.

D. Blasius Nauarro.

D. Iuan Mija Vila.

D. Petrus Monço.

D. Anthonius Galant.

D. Bartholomæus Pasqual.

D. Petrus Ioannes Ascensius.

D. Gaspar Aldana.

Ad causas vero ecclesiasticas & spiritales, quę ad forum ecclesiasticū pertinent, in partibus à Sede Apostolica vel eius Nunciis, seu Legatis committendas, sequentes in hac dioecesi Valentina iudices nominantur.

Egidius Roda V. I. D. & Cancel. Valentinus.

Petrus Catala V. I. D. & Canonicus Valentinus.

## DECRETA

Ioannes Ioachimus Mijauila sacrae Theο.  
D. & Canonicus Valentinus.

R. Commendator monasterij beate Ma-  
rie Virginis de Mercede ciuitatis Va-  
lentia.

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi  
& sanctissime Trinitatis Patris & filij  
& spiritus sancti. Anno a nativitate eius-  
dem domini nostri millesimo quingente-  
simo octogesimo quarto, die vero Mar-  
tis vigesima quinta mensis Septembris  
hora ante meridiem octaua in maiori au-  
la Palatij Archiepiscopalis Valentini in  
quam omnes qui prehabitis Synodi con-  
gregationibus intererat, & interesse de-  
bent, ad prælibata horam citati & conuo-  
cati fuerant. Legitimè congregatis Illu-  
strissimo & Reuerendissimo domino D.  
Ioanne Ribera Dei & Apostolicæ sedis  
gratia Patriarcha Antiocheno & Archie-  
piscopo Valentino, & admodum Reue-  
rendis

## SYNODI.

58

uerendis domino D. Gaspare de Castelui  
præcentore, Francisco de la Serna Archi-  
diacono Setabensi, Bernardino Gomez-  
zio Miedes Archidiacono Saguntino,  
Petro Catala Canonico I. V. D. Francis-  
co Tudela Canonigo, & Ioanne Joachi-  
mo Mija Vila Canonico in sacra Theolo-  
gia Doctoribus, & Dignitatibus & Cano-  
nicis insignis Metropolitanæ Sedis Va-  
lentine, & Capitulo eiusdem sedis depu-  
tatis. Et Reuerendis Sebastiano Larraz  
I. V. D. Sacrista & Canonico ecclesiæ col-  
legiate ciuitatis Xatiuæ pro eadem ecclæ-  
sia, & Ioanne Barbera in sacra Theolo-  
gia magistro Decano, & Ludouico Blefa  
Canonico ecclesiæ collegiatæ de Gandia  
pro eadem ecclæsia. Qui procuratoriis  
mandatis legitime suffulti erant: quæ mā-  
data apud Synodum examinata & appro-  
bata fuerunt. Nec non Plebanis, Recto-  
ribus, Vicariis aliisque presentis Valen-  
tine dioœcesis clericis de iure dioœcesanæ

R 4

Syno-

Synodo interesse debētibus & admissis,  
prout alias specialiter fuerunt legitimi ad  
Synodo assistendum declarati: inuocato  
prius spiritus sancti auxilio, qui vnuus be-  
nignus est bonarum actionum inspirator  
& certissimus sacrorum Conciliorū præ-  
fcs, idem, illustrissimus & Reuerendissi-  
mus dominus Patriarcha & Archiepisco-  
pus Valentinus in suo solio residens con-  
stitutiones & decreta, quæ numero decē  
& nouem supra descripta sunt, & aliquot  
ante diebus proposita, per pensa ac discus-  
sa fuerant, in hac omnium postrema con-  
gregatione legi mandauit, lectaq; alta &  
intelligibili voce fuerunt. Cumque rogas-  
set idem Illustrissimus ac Reuerendissi-  
mus dominus Archiepiscopus vniuer-  
sam Synodum, an placeret dictas consti-  
tutiones & decreta stabiliri & promulgā-  
ri, Synodumq; dioecesanam ad laudē &  
gloriam omnipotentis Dei absoluī & fi-  
niri: omnes vna voce & communi applau-  
su responderunt, se eas constitutiones &  
decreta

decreta approbare, & amplecti: postulan tes vt in lucem ederentur, finisque Synodo feliciter imponeretur. Quibus per etis, illustissimus ac Reuerendissimus dominus Archiepiscopus, omnibus, qui Synodo intererant, ipsum commitantibus, in templum Metropolitanum descendit: vbi ponficalibus indutus, ministris solenniter ei assistentibus, in facello templi maximo, presentibus in eo omnibus, qui ad Synodi celebrationem venetant, cōfedit. Tunc Reuerendus Iacobus Ferrusius sacerd Theodo. Doctor, cum ab ipso Illustrissimo ac Reuerendissimo domino benedictionem accepisset, in templi suggestum ascendit, & huius diœcesanæ Synodi decreta omnia magna cleri & populi multudine audiente, legit, ac promulgauit. Post hæc decantari cœpit hymnus, Te Deum Laudamus: & absoluta solenni per templi ambitum processione, res ad Dei omnipotentis laudem in finem perducta fuit.

Quæ omnia me præsente Licencia,  
to Feliciano de Figueroa presbytero  
eiusdem Illustriſſimi ac Reuerendissi-  
mi domini Patriarchæ & Archiepisco-  
pi Valentini, & dioceſanæ huius Syno-  
di Secretario, geſta ſunt, & ad rei me-  
moriā literis mandata.

*Ioannes Patriarcha Antiochenus &*  
*Archiepiscopus Valentinus.*

Licentiatus Felicianus de Figueroa.

**EXCEDE**

**C O N-**

# ATENAE CONSVL-

TA T I O A P V D S A-

C R V M C A R D I N A L I V M

Conciliij Tridentini interpretū  
congregationē super confes-  
farijs ab Ordinario iuxta  
bullam Cruciatæ  
probatis.

*Illustriß. ac. Reverendiss. dñe.*

 Vm in regnis Hispaniarum vtē  
tibus cruciatæ sanctæ facultati-  
bus optio detur eligendi confes-  
torem illis beneuifum, dūmodo fit is ido-  
neus & ab Ordinario approbatus: hec ver-  
ba nonnulli ita indefinite usurpant, vt suf-  
ficere intelligant ad idoneitatem requisi-  
tam, in aliis diœcesibus approbationē ab  
vno & diverso factam Ordinario: & ita in  
diœcesi Valētina approbati ab aīo Ordinario  
quā Archiepiscopo, tētarūt munus  
exercere

exercere predictum impediente id D.  
Reuerendissimo Archiepiscopo, qui pre  
tendit etiam iuxta d. cruciata verba nul-  
lum in sua dioecesi confessiones posse au-  
dire, nisi a se tanquam loci Ordinario ap-  
probatum, licet ab alio quocunque Epis-  
copo fuerit antea idoneus iudicatus : &  
vt evitetur omnis scandali occasio suppli-  
catur humiliter pro eius parte, vt Illustris  
fima ac Reuerendissima D. V. dignetur  
hoc dubium in sancta congrega. deciden-  
dum. quā. D. Op. Max. ad vota fœlicitet.

*Erat in margine huius libelli.*

Congregatio Concilij respondit: ap-  
probatum ab alio quam a Valentino Epis-  
copo, in dioecesi Valentina non censi  
approbatum ab Ordinario.

*REVERENDISSIMO AT-  
que Illustrissimo Domino uti fratri, D.  
Archiepiscopo Valentino.*

Reue-

**R**uerendissime atque Illustrissime domine, Quid senserit sacra congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum de amplitudinis tuæ quæsito an Confessarius ab vno Episcopo approbatus, in alterius diœcesi officium suum exercere possit, in margine libelli his literis adiuncti, descriptum amplitudini tuæ mittimus: qui bonam valetudinē, ac perpetuum diuinę gratię præsidium exoptamus. Romę die vltimo Ianuarij. 1582.

Amplitudine tuę

Vti frater Philippus Boncompagnus Carinalis sancti Sixti.

L A V S D E O:

the first time, and I am not likely to  
forget it. The next morning I  
was up at 5 A.M., and after a  
short walk down the hill, I  
met a man who had been  
out all night, and he told me  
that he had seen a large number  
of birds, including many  
which I had not seen before.  
He said that he had been  
out all night, and that he  
had seen a large number  
of birds, including many  
which I had not seen before.

g e y a i



XVI  
569  
CIV

SYNODVS  
DIOECESANA VALEN-  
TINA CELEBRATA PRAE-  
side Illustrissimo ac Reuerendissimo  
Dño Ioanne Ribera Patriarcha  
Antiocheno & Archiepis-  
copo Valentino.  
Anno 1590.



Valentiæ apud Aluarum Francum & Gabrie-  
lem Ribas, Anno 1594.

27/05/2014  
LIBRERIA  
EL ATARDECER  
CONCEPCION  
MOLINA  
-Liquido de otoño  
ojo de agua



©Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

IOANNES RIBERA P A-  
T R I A R C H A A N T I O-  
chenus, & Archiepiscopus Valen-  
tinus omnibus suæ Dioœce-  
sis parochis salutem  
in Domino.

**P**ropositio. **E**ditius quā pars erat,  
synodi diœcesanae celebra-  
tio differretur eam aggredi,  
ac maturè per agere de-  
creuimus: in qua commu-  
ni vestram omnium consi-  
lio, de his conferre possemus, quæ ecclesiis no-  
bris utilitatem aliquam essent allatura. Il-  
lud enim nostri maneris esse intelligimus  
more prudencie agricola sentes primum ac  
spinas, si quæ in agris obortu fuerint, amelle-  
re: post vero sedulo ac diligenter ita agros  
excolere, ut nihil iniustum oculos offendat:  
sed splendida floreant vndique arbores, fru-  
giferi etiam inserti surculi pulchre affurgat  
et grata aspectui, atque odorifera fructuæ

S 2. pror-

## DECRETA

prorsus oblegetent: ex quibus tandem frugē  
oriatur libertas, quæ nutrimentum omnibus  
afferat salutare. Cuiusmodi corporum nutri-  
menta quantifiant nouimus omnes: quanti  
ergo spiritualia alimenta aestimanda erunt  
quibus ad spiritalem salutem nutrimur, &  
ad aeternam gloriam educamur? Ego certe  
nihil tantifcio, quam cum video nostrarū  
Ecclesiarum parochos ita in suum munus in-  
cumbere, ut exemplo vite, & rerū agenda-  
rum solitudine suos quisque pascat, &  
nihil desiderari possit. Ut scilicet sacerdotes,  
& alij natu maiores, velut prouectae iam ar-  
bores, virtutum omnium fructus ex se ferāt  
saluberrimos: ipsi quoque etate minores ve-  
lut fertiles surculi, ad maiora tendant bono-  
rum incrementa: Demum cum ipsas conspi-  
cio Ecclesiās velut florida quædam fructeta  
suauissimum vndique ex se odorem emittere  
quo omnes alliciantur, & Ecclesiasticorum  
omnum exemplo ad optima quæque prouo-  
centur. Certe hanc nunc vobis tertiam Dia-  
cesanam Synodum per actam iam, atque de-

cretam

cretam damus. Vestrum erit totis viribus curare, ut ex ipsa rerum cognitione maior invobis accrescat ad virtutem affectus, ac proinde meliora semper meditemini, & sequamini: quod vos facturos esse maxime confido: ut simul omnes diuinis rebus proprio nostro munere intenti: illum tandem finem consequamur quem suis Deus paratum habet, in quem nostra omnia sunt a nobis referenda. Quae enim seminauerit homo, dicebat beatus Apostolus, hæc & metet: Quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam quia pro sua benignitate concedere nobis dignetur Dns omnipotens. Valentiae e domo nostra Archiepiscopali 6. Kal. Junij 1590.

EDICIONES

## DECRETA

*Quod nibiles a collectoribus dati intra sex  
menses recuperetur.*

## DECETVM. I.

**S**olent redditum ecclesiasticorum collectores in executionibus, quæ contra debitores fiunt, statim atque ipsi debitores mandato iudicis se rationibus positis opponunt, ab ipsa debiti executione cessare, quasi nihil iam debitum illud aestimari debeat. Hinc fit, ut redditus illi minime recuperentur, ipsumque debitum paucis annis vel obliuione vel negligentia extinguatur. Quam ob rem visitatoribus nostris præcipimus, mandent ipsi clero, ut altero electo collectore, vel certe per ipsum cleri Syndicum intra sex menses debitum illud recuperet, vel iustam ipsi visitatori causam clerus exponat, ob quam recuperari non potuerit: alioqui clerus ipse debitum illud soluere teneatur, & ad ipsum soluendum ipso facto condemnatus existat. *Rectorū substituti diebus festis bis celebrare possunt*

## DECETVM. II.

**I**ure permisum est rectoribus, qui præci-  
pui suis ecclesiis annexa loca habent, pos-

se diebus dominicis & festis bis missā celebrare, in præcipua scilicet ipsa ecclesia, & in aliquo ex annexis locis. Declaramus posse ipsos, si infirmi, aut legitime impediti fuerint, sacerdotē substituere, quiduas illas missas prædictis diebus, & locis celebrare possit.

*Sacris iniciati ne galerum gestent.*

### DECRETUM III.

Debet ecclesiæ ministri honesto ac decēti corporis vestitu honestos etiam animi sui mores ostendere: cūq; multus nostro tempore in galeris, ac pileis gestādis abusus in viris ecclesiasticis inualucrit, dū illorū deformitate seculare vīsū imitātur, debuit nostra hæc Synodus huic malo obuiā ire. Statuit igitur, ne ullus clericus in sacris cōstitutus publice, & vt plurimū absq; necessitate galierū gestet quē si in ecclesia propria gesta ueri, illū amittat. Utatur autē sacris iniciati pileis hi enim proprius fūt illorū habitus, & insigne clericale qui tamē ad mediocrē & honestam formam sint confecti, qua sacerdotes vti solent.

*Pauperes ad fores templi consistant.*

## DECRETVM. III.

**I**N prouinciali Valentino cōcilio sess. 5.  
cap. 6. aliās etiam Apostolicis constituti-  
tionibus cautum prouide fuit, ne in Eccle-  
siis quies corum qui sacra audiunt, vario  
tumultu perturbetur. Cuiusmodi quietis  
impedimenta à mendicis pauperibus, &  
ab his, qui eleemosynarias patinas circū-  
ferunt excitari solent. Quia in obrem su-  
periora decreta innouantes, præcipimus:  
ne pauper aliquis, aut cœcus orationes re-  
citans. Dum officia sacra celebrantur in ec-  
clesiam petendi gratia ingrediatur, sed fo-  
ris ad templi Ianuam petendo consistant:  
possitque electus ad id minister, eos ab  
Ecclesiis expellere, & renitētes in Archie-  
piscopalem carcerem etiam mittere.

*Quomodo licentiae petendi concedi debeant.*

## DECRETVM. V.

**N**on facile est effrenatam illorum cu-  
piditatem, & varias artes comprime-  
re, qui

re, qui nostris, aut officialis nostri suffulti licentiis, per Archiepiscopatus loca eleemosynas petunt: qui quainuis sc̄ minime quæstores appellant, sunt tamē vere quæstores, ad mercaturam nostris licentiis abutentes, ac simplices nimis, vario persuasionum genere grauantes. Quare mandamus, ne in posterum licentiæ ad populo rum conuentus faciendos concedantur, aut ad pulsandam campanam, aut ad patinas eleemosynarias apponendas, aut ad erigendas confraternitates, neque vt candelæ dentur, aut imagines, aut similia, neque vt eos Rector committetur, aut vt huiusmodi alia ostentent: sed ad id tantum licentiæ dari posint, vt eleemosynas simpliciter petant. Neque liceat parochis quæ in ipsa continebuntur licentia ad alia extendere, ac dilatare, imposita eis, si alter egerint, trium librarum poena, quas fabricæ applicamus.

*Ceremoniæ missalis seruentur.*

DECRETVM. VI.

S 5

In

## DECRETA

**I**N breuiario, & missali Romano, quę se  
licis recor. Pius Quintus Ponti. max. in  
vniversali Ecclesia admitti mandauit, cæ-  
remoniæ omnes, quę tam in sacrificio mis-  
ſæ, quam in quocunque diuino officio cā-  
tu, vel simpliciter celebrando obſeruandę  
funt, abunde traduntur. Quæ quamuis in  
nostro Archiepiscopatu, quantum in no-  
bis fuit seruatae hactenus fuerint: quia ta-  
men id nō vbiique fieri intellectimus, cun-  
ctis parochis, choriq; vicariis præcipimus  
vt prædictas in breuiario, & missali Roma-  
no contentas cœremonias ad vnguem ser-  
uari faciant. In quibus tamen dubium ali-  
quod occurreret ad Metropolitanam Ec-  
clesiam recurrent: ubi quid ab eis agendū  
erit, facile intelligent.

*De ritu canendi in Ecclesiis.*

## DECRETVM. VII.

**N**E in nostro Archiepiscopatu in cele-  
brandis officiis aliqua sit in cantu va-  
rietas, vt qui simili sunt animo, simili etiā  
voce & cantu diuinæ laudes efferant: sta-  
tuimus

tuimus & mandamus, chori libros, in quibus ad cantus formā officia sacra disponūtur, si quidem fuerint post hac describēdi, ad eam cantus normam describi debere, quæ in nostrę Metropolitanę Ecclesię libris, non autē in aliis continetur. Qui vero libri sunt iam hactenus scripti, ad libro rum originalium eiusdem Metropolitanę Ecclesię formā corrigan tur, & emendentur. Illud etiam præcipimus, ut librū quē Intonariū vocant, in suis parochialibus Ecclesiis parochi omnes, & beneficiati, qui choro assistunt, habeant: quem prope diē typis excudi mandabimus. In quo libro notatum canendi modū in cōcīnendo officio sequantur omnes, dū benedictiones lectiones, prophetias, orationes, epistolas Euāgelia, antiphonas respōsoria, hymnos, & quidquid aliud in Ecclesia de cantandū erit, tōho efferent: vt pari simili que modo ab omnibus officia concinuantur.

*De censuris proprio motu impositis.*

**DECRETVM. VIII.**

**Con-**

## DECRETA

**C**onuenit maxime non solum parochis sed ipsis etiam presbyteris, qui audiendis confessionibus dant operam, cognitionem habere peculiarem earum censurarum quae nouissime a S. Sede Apostolica in ipsis motibus propriis sunt impositae: ut hoc modo illis, ipsique plebi sit probe consultum. Quare mandamus, summam quandam omnium priorum motuum, qui a fe. recor. Pio Quinto Pont. Max. haec tenus prodierunt, in quibus censuræ promulgatæ sunt, colligi. que vna cum hac Synodo typis mandetur.

*Acta censuum administrationum a quibus  
notariis recipi debeant.*

## DECRETVM. IX.

**I**n nostra diocesana Synodo anno Domini 1578. celebrata statutum fuit ad censuum ecclesiasticorum firmitatem, ne eorum censuum, qui ad Ecclesiarum bona pertinent, acta ab ullo alio, quam a notario illius Ecclesie cuius bona illa fuerint, Syndico recipiantur.

piantur: & quia ex eo decreto non parū vtilitatis ipsis Ecclesiis accreuiſſe intelle-  
ximus, mandamus etiam præsentī hoc no-  
stro statuto, vt quoties ex quibuscunque  
administrationibus, quæ ad ipsam Ecclesiā  
pertinebunt, census creabuntur, corū etiā  
acta ille idem notarius Ecclesiæ Syndicus  
& non alius recipiat: quoties vero ex qui-  
buscunque administrationibus operario-  
rum Ecclesiæ, eorum etiam, qui pauperū  
dicuntur operarij, census creabuntur, idē  
ille cleri, vel certe ipsius parochiæ Syndi-  
cus, & non alius acta recipiat.

*Colloquia virorum & mulierum in tem-  
plis vitanda.*

DECRETVM. X.

**D**omini tuam decet sanctitudo domi-  
ne, dicebat egregius propheta Psal.  
92. Dauid. Debet itaque à templis Deo  
consecratis quidquid scandali & offendio-  
nis occasionem præbere potest, procul ab  
esse. Huiusmodi sunt virorum cum mulie-  
ribus

ribus in templis colloquia tēpore, & locis  
nō decētibus, quē abusum alias etiam pro-  
hibitū, nō dū tamē sublatū esse videmus.  
Quam obrem Rectoribus, & eorum Vica-  
riis hoc nostro decreto præcipimus, vt se-  
dulo diligenterque current, ne viri cū mu-  
lieribus soli in Ecclesiis colloquantur, il-  
losque seuere foras exire compellāt: alio  
qui sex librarum pēna, quas fabricæ iam  
nunc applicamus eos multandos esse sta-  
tuimus.

*Dies festus B. Ludouici Episcopi colatur.*

### DECRETUM XI.

**D**iuino certe beneficio diœcesi nostræ  
Valentinæ concessum esse intelligi-  
mus, vt beati Ludouici Episcopi & confes-  
foris corpus in Metropolitana hac Ecle-  
sia reconditum habeamus: Cui beneficio  
diœcesanos nostros gratos esse maxime  
cupimus. Qua propter consilio & votis  
huius Synodi mandamus, vt B. Ludouici  
festum, quod die 19. mēsis Augusti agitur,  
inter festa colenda in hac nostra diœcesi  
post

# SYNODI<sup>95</sup>

post hac habeatur, non aliter atq; in eadē  
diocesi cætera colenda festa haberri solēt.

*A Etas patrinorum in baptismo.*

## DECRETVM. XII.

IN sacribaptismi administratione nō ad  
mittātur p̄trini minores annis quatuor  
decim: neque compatres minores duode-  
cim annis: vt intelligere possint, qua se o-  
bligatione astringant, erudiendi scilicet  
in doctrina Christiana cum vel eam, quē  
vel quam in baptismo tenuerint.

*Quo in loco sunt relinquendi pauperes  
infirmi.*

## DECRETVM. XIII.

CVm infirmi pauperes ē loco vno in al-  
terum deportantur, statutis Synodali-  
bus decretum iam fuit, ne eos iter aggredi-  
fiāt, nisi prius Ecclesiæ sacramēta rece-  
perint: nunc etiam mandamus, ne populi  
ipſos in locum aliquem deportari finant,  
aut in

aut in aliquo cōsistere permittant, in quo non sit aliquis sacerdos: ne si mortis articulus ingruat, spiritale eis subsidium deesse possit.

*Ne fiant representationes in templis etiam honestæ.*

## DECRETVM XIII.

**Q**uamuis fuerit iam antea decretum, nihil actionibus personarum repræsentari in templis debere, quod non fuerit prius ab ordinario approbatum: quia tamen ea est improborum hominum iniqitas, ut hoc etiam modo multe oriatur peccandi in templis occasiones, mandamus, ne ullæ in templis representationes fiant de rebus etiam honestis, & ad deuotionem mouentibus. Rectores vero, Vicarij, aut clerus, alicuè cōmunitates, qui eas representationes permiserint, duabus libris mulctentur.

*De obseruantia festorum.*

## DECRETVM XV.

*Præcep-*

**P**ræceptum, quo festa sanctificari iubetur, multis varijsque modis ( quod do lenter referimus ) in hac nostra diœcesi à multis violari intelliximus : etiam si tā in prouinciali concilio, quam in diœcefaniis Synodis fuerit hoc ipsum præceptum omnibus maxime commendatum . Quæ ipsa concilij, & Syuorum decreta innouantes, Rectoribus, eorumq; Vicariis mandamus, vt quantum in ipsis fuerit, hoc præceptum ab omnibus obseruari current , nostri etiam ministri idem sua ex parte exequantur, eos qui aliter egerint , ad pœnas quæ transgressoribus sunt impositæ, soluedas adigendo.

*Baptismi testimonium rectores in libro proprio manu scribant.*

### DECRETVM. XVI.

**R**ectores, eorumque Vicarij, qui baptismi sacramentum in suis Ecclesiis conferunt teneantur propria sua manu in baptismi libro illorum nomina, qui baptizantur describere, patris etiam, & matris,

T ac ip-

## DECRETA

ac ipsorum etiam patrinorum, imposita illis viginti solidorum pœna, si aliena manu describi illa fecerint. Qui baptismi, & confirmationum libri, cum absoluti & completi fuerint, in sacrario vel archiuo ipsius Ecclesiæ sedulo custodiantur, nō autem in Rectoris domo.

*Vnaquæque Ecclesia sigillum habeat.*

## DECRETUM. XVII.

**S**tatuimus, & mandamus, in omnibus nostri Archiepiscopatus Ecclesiis sigillum haberet, cum peculiari illius Ecclesiæ signo, aut cum ipsa sancti, cui consecrata est Ecclesia, imagine. quo signentur acta quæ in testimoniu baptismi, confirmatio-  
nis, matrimonij, aut alia quecunque alicui danda fuerint, quod quidem sigillū apud Rectorem custodiatur. Qui cū huiusmodi te-  
stimonium impresso prædicto sigillo ali-  
cuidabit, non possit plusquam solidū vnū ab eo accipere.

*De certia parochia infunere conuocanda.*

## DECRETUM. XVIII.

*Si iuf-*

**S**i iuss'erit aliquis sepeliri se extra parochialem suā Ecclesiā in monasterio aliquo tertiamque conuocari parochialē ecclesiam voluerit, mandamus ne parochialis illa ecclesia, intra cuius ambitum monasterium illud situm fuerit, cū paucioribus clericis adfunus illud comitandum exeat quam tertia illa ecclesia detulerit.

*Rectores nouiter conuersorum presentes habentur in aliis ecclesiis ubi resident.*

## DECRETVM. XIX.

**Q**uando nostri Archiepiscopatus aliquis nouiter conuersorū rector vel eius Vicarius in alia Ecclesia extra rectoratus sui Ecclesiam, ut beneficiatus vel substitutus resederit, ieritque ad Rectoratus sui Ecclesiam ad suum Rectoris vel Vicarij per agendum officiū, volumus, ne cius absentiae causa ad eos actus in ecclesia, in qua beneficiū obtinet, vel substitutus est, punctum amittat, quibus alioqui præsens in illa fuisset.

*De extravaganti parochia infunere con-*  
*tinuare orationem uocanda.*

## DECRETVM. XX.

**S**i defunctus aliquis dum vitam ageret, sacramenta vel sacramentum aliquid ex alia parochiali Ecclesia, quam ex sua, in illa egritudine, quam mors secuta fuit, recepisset: volueritque preter parochiale suam Ecclesiam, & eas, que ex decretis Syndicalibus funus comitari debent, aliā etiā conuocari, illa cōuocetur, ex qua aliquid ex sacramentis illi administratum fuerit. Idem de his clericis intelligatur, qui cum in parochiali aliqua Ecclesia resideant, domicilium tamen in altera habent.

*De funerali quarta exigenda.*

## DECRETVM. XXI.

**M**erito sancti patres antiquis canonibus sancierunt, atque explicarunt, quantum omnis parochialibus suis Ecclesiis debeant, à quibus diuina sacramenta, ipsaque doctrinæ christiane spiritualia alimenta receperunt; ut maiore etiam obligatione

## DECRETA.

21

gatione ecclesiis illis iudicentur esse obſtričti, quām iſpis matribus, à quibus ſecū dum carnem ſunt geniti. quod vt ſigniſcarent, tantique momenti beneficiis vnuſ quiſque gratus eſſet, ſtatuerunt, ex legatis piis, ſumptibusque funerariis, quos defuncti in ſuis teſtamentis, diſpoſitionibus, aut codicillis reliquiffent, quartam partē propriae parochiali Eccleſię iure eſſe dādam. Quam partem iuxta Eccleſiarum conſuetudinem portionem vocant canonica. Cumque in hoc noſtro Archiepifcopatu nulla ſit de quartę aut canonice portionis exactione certa regula, quod in præteritis Synodiſ nulla ſit ea de re forma ſtabilita, vnde variæ oriuntur controuerſiæ: Ideo cum diligenter quid hac de re ſacri canones, clementina potiſſimum de ſepulturis ſtatuerint, animaduerterimus: antiquam etiam conſuetudinem, quæ feruata fuit, & feruari etiam in diocesi hac Valentina debet, cōſiderauerimus: præſenti hoc noſtro decreto, approbatæ Synodo declaramus.

T 3

Quod

Quod de legatis siue in testamento, seu alias à defuncto factis Sedi, vel alicui parochiarum Valentię non debet dari quarta portio parochiæ cuius fuerit defunctus: nisi talia legata fuerint dimissa pro expensis exequiarum ipsius defuncti, pro obligationibus scilicet in sepultura faciendis, pro duobus cereis cuiuscunque formæ fuerint coram cruce portandis: quia de omnibus istis pars quarta debetur parochiæ, ultra duos cereos, qui virtute sententia Regis Iacobi cruci parochiæ defuncti debentur. Et si forte defunctus omnes cereos, qui in suis exequiis deseruient, legauerit Ecclesię seu monasterio ubi sepelietur: tali casu de omnibus illis cuiuscunque formæ fuerint, siue plures, siue pauci, pars quarta debetur parochiæ defuncti.

Si defunctus dimiserit alicui Ecclesię seu monasterio vexilla, tapeta ferica vel aurea, calices, cruces, aut alia quæcunque ornamenta, quæ solū in honore & cultum Dei & ecclesię discruiunt, vel quantitatē aliquam

aliquā ad ea faciēda, de istis non debetur portio quarta parochiæ dicti defuncti: sed si talia fuerint dimissa vt post obitū ipsius cōuertantur in vsum vel vtilitatē propriā sacerdotū vel fratrū Ecclesiæ seu monaste rij vbi fuerit sepultus, si talis dimissio fortitur suum effectum, tunc de his debetur portio quarta. —

Si defunctus dimiserit pecuniā vel miseras aliqui Ecclesiæ seu monasterio: & etiā dimiserit sue parochiæ, in qua sepultus fuerit aliquod de predictis legatis, tunc non debetur portio quarta dictæ Ecclesiæ delegatis aliarum ecclesiarum. Si vero non fecerit mentionē de parochia sua, in qua sepultus est, tunc de melioribus legatis aliis Ecclesiis relictis primo debetur sibi vnū, quia mater defuncti fuit, vbi Ecclesiastica sacramenta ei fuerunt ministrata.

Si defunctus elegerit sepulturam in aliquo monasterio seu Ecclesia quę non fuerit Sedes Valcñ. nec aliqua parochiarū eiusdem: & dimiserit illi monasterio seu

T 4      Eccle-

Ecclesiæ ratione s. pultræ ibi electæ cen-  
tum: & suæ parochiæ dimisserit decē pro  
canonica portione ei debita, tūc de illis cē-  
tum debent superaddi parochiæ quinde-  
cim pro complemento viginti quinque,  
quæ dictæ parochiæ debentur pro quarta  
portione dictorum centum. Si autem talis  
absolute legauerit dictæ parochiæ decem  
non intentione soluendi dictam quartam  
portionem: tunc integre percipiat dictos  
decem. Et ultra hoc vigintiquinque pro  
sua quarta portione. Et hoc fuit inductum  
in compensam damnorum, quæ Sedes &  
parochiæ prædictæ sustinent propter licē-  
tiam seu priuilegium quod habent audien-  
di confessiones & recipiendi ad sepultu-  
ram parochianos dictarum Ecclesiarum  
parochialium.

Si quis elegerit sepulturam in aliena  
diœcesi etiam si de iure non sit solucndā  
portio quarta parochiæ defuncti: tamen  
quoniam talis est consuetudo in Valen-  
diœcesi, si euencrit casus, quarta portio  
debet

debet solui parochiæ dicti defuncti.

Si quis dimiserit Rectori vel curato Ecclesiæ ubi sepelietur missas: rector vel curatus suæ parochiæ de iure debet habere quartam partem ipsarum, sic tamen quod ipse missæ celebrentur per sacerdotes residentes in dictis Ecclesiis: sed si legauerit dictas missas alicui beneficiato seu presbytero Ecclesiæ ubi sepelietur: tunc de illis nō debetur quarta pars Rectori vel curato dictæ suæ parochiæ. Nam dimittens unius sacerdoti ut est una particularis persona, & non est caput Ecclesiæ, non sic intelligitur dimittere, quod totus clerus dictæ Ecclesiæ habeat utilitatem ipsarum, nisi in dicta ecclesia sit consuetudo quod missæ relictæ unius particulari sint communes omnibus: quia tunc portio quarta debetur dictæ parochiæ suæ.

Quæ omnia sic ut præfertur statuimus  
& decernimus seruanda in hac nostra dioce-  
cesi Valentina circa solutionē quartæ por-  
tionis propriæ parochiali Ecclesiæ facien-

T 5                  dam.

dam. Declaranres, per hanc nostram constitutionem priuilegiis veris, expressis, & confirmatis, ac in viridi obseruatione existentibus, mendicantiū ordinibus, seu aliis personis à sancta sede Apostolica hactenus cōcessis in nullo aliquo derogari, vel prēiudicium inferri.

*De missarum reductione.*

DECRETVM. XXII.

**Q**uamuis superioribus huius diocesis Synodis circa missarū quæ ex variis defunctorum reliqtis supersunt reductio nem, quæ in Ecclesiis celebrari non potuerint sancitum & per nos statutum fuerit: quia tamen soepe eadem necessitas ob penuriam sacerdotum & charitatis missæ tenuitatem cōtingit, sicuti in præsenti vide mus, ne piæ testatorum voluntates deperireant: & vt illorū conscientię, quibus hoc negocium incumbit, cōsulatur: sacri Trid. Concil. decretū sequuti, quod incipit. Cōtingit sepe. Vbi potestas datur Episcopis,

vt in

vt in dioecesana Synodo hac de re statuere  
ea possint, quæ ad Dei honorē & cultū, at  
que Ecclesiarum vtilitatem iudicauerint  
expedire, in hunc modū statuimus: in om-  
nibus tā collegiatis quā parochialibus hu-  
ius dioecesis ecclesiis, in quibus declara-  
mus sequentē missarum reductionē neces-  
sariā esse, missæ omnes ex varijs defuncto-  
rum relictis impositæ, quæ hactenus cele-  
brari minime potuerunt, sed neque nunc  
possunt, reducātur, sicuti presenti hoc de-  
creto illas reducimus in anniuersaria per-  
petua aut in distributiones quotidianas  
quæ ad horas in choro inter presentes di-  
stribuantur, aut in alia opera pia, nostra vo-  
luntate & arbitrio exprimēda vt pro qua-  
litate & necessitate cuiusq; Ecclesie illi cō-  
uenire iudicabimus. Ita tamen vt qui hec  
commoda senserint, intelligantse ad stric-  
tos esse ad orandum & commemora-  
tiōne pro illis faciendam, qui legata illa pro  
animarū suarū salute reliquerunt, & ad ea  
etiam prestanta, quę à nobis ad hanç rem  
illis.

## DECRETA

illis imponentur. Ut autem perpetua hæc anniuersaria cclebrari possint, & distribu<sup>t</sup>iones quotidianas in choro persolui, & alia pia opera perfici: eas omnes eleemo<sup>f</sup>ynas quæ ad predictas missas celebradas in ecclesiis congestæ sunt, ex nunc addictos effectus applicamus. Ex qua pecunia rum summa in tutis ac securis locis cen-  
sus, nostro tamen assensu & decreto, con-  
stituantur.

## DECRETVM XXIII.

**E**xamini vacaturis Ecclesiis parochiali bus presentis dioecesis præficiendorū sequentes sacre Theologie doctores Synodo approbante deputamus, videlicet.

D. Iacobum Ferruzium.

D. Antonium Galant.

D. Bartholomeum Pasqual.

D. Petrum Ioannem Affensium.

D. Gasparem Aldana.

D. Dionysium Oromir.

**M. Michaelem Egidium.**

Ad

Ad causas vero Ecclesiasticas in partibus à sancta Sede Apostolica vel eius Nūtiis seu Legatis committendas sequentes in hac dioecesi Valentina iudices Synodales eadem approbante Synodo nominantur videlicet.

D. Ioannes Frigola Precentor & Canonicus Valentinus.

Doctor Petrus Catala Canonicus.

Doctor Honoratus Figuerola Canonicus.

Comendator sancti Antonij ciuitatis Valentie.

**CASVS IN QVIBVS PER MODERNAS CONSTITUTIONES** à fœlicis recordationis Pio Papa Quinto, & eius successoribus Romanis Pontificibus huc usque editas incurritur eo ipso aliqua Ecclesiastica censura.

*Contra mulieres monasteria regularium ingredientes, & regulares illas admittentes.*

Mulieres

**M**ulieres domos, seu monasteria Carthusieñ. & aliorum quorumcumque regularium ordinum, etiā mendicantium ingredientes sententiam excommunicacionis eo ipso incurront, à qua absolutionis beneficiū à solo Romano Pontifice obtinebunt. Ipsí vero religiosi siue superiores sint, siue subditi, qui mulieres ad huiusmodi monasteria vel domos admiserint vel introducere ausi fuerint, sententia suspensionis à diuinis ipso facto alligantur, ex constitutione Pij Quinti, que incipit, regularium personarum. Dat. Romę 23. Octobris 1566.

Sed per hanc constitutionem non est preclusus aditus mulieribus, adeūdi huiusmodi monasteria, nec locum habet constitutio predicta in casibus subsequentibus, videlicet quando in huiusmodi domib⁹, aut monasteriis, missę & alia diuina officia celebrantur, ac quando processiones fiunt, & quando Christi fidelium cadauera ibi se peliuntur, pro eisque suffragia fiunt, ac etiam

tiam quando propter verbi diuinī cōcio  
nem, aut aliam causam tantus est concur-  
sus populi, quod commode ingredi non  
possunt, & egredi per principalem por-  
tam Ecclesie, sed vna cū aliis secularibus  
per portam claustrī recto tramite ad por-  
tam qua exitur ē monasterio, accedūt. Ex  
eiusdem constitutionis declaratione per  
eundē Pōtificē facta die 27. Ianuarij. 1568  
*Contra collatores, electos, patronos & alios  
admittentes resignaciones, & permittatio-  
nes beneficiorū, & eligentes ac præsentā-  
tes ad illa præter formam huius  
constitutionis.*

**E**piscopi, & alij facultatē habentes, item  
que electores presentatores, patroni,  
confirmatores, & institutores, siue clericī  
siue laici, qui admiserint beneficiorum re-  
signaciones aut permutationes, vel ad illa  
elegerint, presentauerint, confirmauerint  
vel instituerint præter aut contra for-  
mam à Pio Quinto prescriptum in con-  
stitutione, que incipit: *Quanta Eccle-  
sia Dei*

Ecclesie Dei: Dat. Rome kalen. A april.  
 1568. Vbi etiam cautum est, ne verbo, nu-  
 tu, aut signo futuri successores in benefi-  
 ciis ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum  
 significazione, vel hortatu designentur, &  
 ne de ijs assumendis inter eos promissio,  
 vel etiam intentio qualiscunque interce-  
 dat, ac denique ne collatores suis, aut di-  
 mittentium consanguineis, affinibus vel  
 familiaribus de beneficiis resignandis au-  
 decant prouidere. A beneficiorum colla-  
 tione, electione, presentatione, confirma-  
 tione, & institutione, prout cuique com-  
 petierit, suspenduntur. Et qui talia benefi-  
 ciaceperint, eidem subiacent poenæ. Ac  
 nihilominus qui sic suspensi conferre, eli-  
 gere, presentare, confirmare, aut institue-  
 re ausifuerint, excommunicationis quo ad  
 personas, quovero ad capitula, & conuen-  
 tus à diuinis suspensionis sententias eo ip-  
 so incurruunt, quibus folius Romanus Pon-  
 tifex absolutionem poterit impertiri. ex  
 eadem constitutione.

Contra

*Contraregulares sacros ordines suscipientes  
non seruata forma Concilij Trident.*

*Sessiones. 21. cap. 2. de re-  
formatione.*

**D**ecretum Concilij Tridentini Sessio-  
ne .21.cap.2.vbistatuitur clericis se-  
cularib<sup>9</sup> forma per quā ad sacros ordines  
pmoueri debeāt, de clericis secularib<sup>9</sup> ad  
clericos cuiuscunque ordinis regulares,  
seu religiosos non professos, & seculares  
more religiosorum in communi viuētes  
ia extensum, & ampliatum est, vt quicūq;  
religiosi huiusmodi, qui non seruata dicti  
decreti forma sacros ordines suscepérint,  
ab ordinum sic susceptorum exercitio. eo  
ipso suspensi existant, & si ministrauerint,  
irregularitatis pœnam, per solum Roma-  
num Pontificem, seclusis eorum priuile-  
gijs relaxandā, ipso facto in currant. Or-  
dinatores quoque ipsorum a talium ordi-  
num prestatione, suspensione per annū ui-

## DECRETA

astringuntur Ex constitutione Pij quinti,  
quę incipit Romanus Pontifex. Dati Ro-  
mę pridię octobris. 1568.

*Contra moniales a clausura egredientes,  
& licentiam illis concedētes co-  
mitantes & recep-  
tantes.*

**M**Oniales a suis monasterijs, seu clau-  
sura nisi in casu magni incendij, vel  
infirmitatis, lepre aut epidemię egrediē-  
tes, & superiores licentiam excundi con-  
cedentes, nec non comitantes. & receptā-  
tes, etiam si illarum consanguinei sint ex  
communicationem eo ipso incurunt: à  
qua nisi a solo Romano Pontifice absolui-  
ne quibunt, ex cōstitutione Pij quinti, quę  
incipit. Decori & honestati. Dati Romę  
kalendas Februarij. 1589.

*Contra impedientes & offendentes per-  
sonas, ac diripientes bona, & frā-  
gentes carceres officij In-  
quisitionis.*

Qui

O vi aliquem ex Inquisitoribus hæreticæ prauitatis aut ministris sacri officij inquisitionis, vel Episcopi id munus in sua dioœcesi obeuntis: seu accusatorem, denuntiatorem, aut testem in causa fidei productum vel euocatum occiderit, vetterauerit deiecerit, seu perterrefecerit. Quiuè Ecclesiæ ædes, alias veres, siue publicas, siue priuatas officij aut ministeriorum huiusmodi expugnauerit invasserit, incenderit, seu explicauerit, aut libros, instrumenta, vel scripturas cōbusserit, diripuerit interuerterit, seu aliquo modo exportauerit: quiq; carcerem effregerit, vincitum extraxerit capiendum prohibuerit, captumue eripuerit, receperit vel ocultauerit, aut res vel personas seruari defendiue prohibuerit: seu alias auxiliū consilium aut fauorem in aliquo predicatorum scienter p̄stiterit, licet nemo occisus nemo verberatus, nemo extractus, aut ereptus, nihilque p̄dictorum secutum sit anathematis vinculo eo ipso alli-

## DECRETA

gatus est ex constitutione Pij quinti, quę  
incipit, si de protegendis. Dat. Romę kalē-  
das Aprilis. 1569.

*Contra recipientes beneficia fructus au-  
pensiones & confidentias.*

**Q**VI beneficia Ecclesiastica quecun-  
q; illa sint, aut illorum fructus, pēsi-  
ones , alias ye res intercedente vitio cō-  
fidentię admiserint, excommunicationis sé-  
tentia ipso facto innodatur: cuius sentētię  
absolutio Romano Pótifici reseruatur ex  
cōstitutione Pij quinti quę incipit, intolē-  
rabilis. Dat. Romę kalend. Aprilis. 1569.

*Contra petentes aliquid in proui-  
sionibus beneficiorum.*

**P**Riuilegia statuta, & consuetudines Ec-  
clesiarum , quorum vigore obseruari  
solebat q; in prouisionibus beneficiorum  
vel admissione ad possessionem, & distri-  
butiones quoirdianas certæ , condiniones  
illiciter interponebantur, ac etiam q; va-  
cantibus beneficijs fructus, aut distribu-  
tiones quotidianę ex eis primo ab ipsa va-  
catione

catione anno aut longiori, vel breviori té  
pore prouenturi mēle capitulari aut alias  
integre vel partim applicarentur. Nec nō  
quod nullus etiam au<sup>t</sup>oritate apostolica,  
prouisus, recipiatur, nisi prius de obseruā  
dis huiusmodi priuilegijs, statutis, & con-  
suetudinibus iuramentum prestitisset; seu  
dulciaria, aut quid aliud tribuisset: reuoca-  
ta, cassata, & annullata fuerunt saluoiure  
fabricę, & sacristię. Qui igitur cōtra huius  
modi reuocationem cassationē, seu annul-  
lationem quicq; comiserint, censuris ec-  
clesiasticis ipso facto astringantur, ita ta-  
men qe si Episcopi fuerint, tamdiu à pon-  
tificiali officij exercitio suspēdentur, de-  
nec per sedē apostolicā suspēsio: relaxetur  
capitula & collegia Ecclesiæ interdicto su-  
bīcientur: singulares vero personę sentē-  
tia excommunicationis vincentur, à qua  
nisi à Romano Pontifice absolutionis be-  
neficium nequibunt obtinere, ex consti-  
tutione Pij quinti, que incipit durum ni-  
mis. Dat. Romę pridie kalę n. Iunij. 157.

## DECRETA

*Contra prædicātes, & scribentes de alterutra parte controuersiæ Conceptionis Sanctissime Virginis Mariæ.*

**C**oncionatores, vel prædicatores, siue regulares siue seculares fu: rint, qui in popularibus, cōcionibus, vel vbiq; promiscua virorū & mulierū multitudo cōuenire solet, de cōtrouersia Cōceptionis Sanctissimæ Virginis Mariæ pro alterutra parte disputare rationibus vel doctorum auctoritate asserendo propriam sententiam, & cōtrariam reffellendo, aut de eadem quēstione vulgari sermone scribere aut dictare præsumpserint, si modo in sacris existant, suspensionis à diuinis sententiā ipso facto incurruunt ex constitutio- ne Pij quinti que incipiti. Super speculā Dat. Romæ. pridie kalen. decēbris. 1570.

*Contra redigentes in seruitutem  
christianos apud Turcas  
expertos.*

Qui

**Q**Vi christianos apud turcas repertos  
in seruitute r edegerint, bonis ac for-  
tunis spoliauerint, triremibus ve alliga-  
uerint, aut illis taliam imposuerint, quin  
imo fraternę & amicabiliter, (vt christiana  
pietatem decet) non tractu verint, ac libe-  
re cum liberis suis, coniugibus, & bonis  
abire nō permiserint, anathematis mucro  
ne ipso facto feriuntur ex constitutione Pij  
quinti, que incipit, licet omnibus notissi-  
mum sit. Que in bullario romano non re-  
peritur kalendata, nec expedita fuit,  
sed eius solam signaturam sufficere voluit  
idem Pontifex.

*Contra depingentes & vendentes for-  
mas Agnus Dei dictas.*

**Q**Vi formas illas Agnus Dei dictas  
per Romanum Pontificem bénedic-  
tas depinxerit, in fecerit, miniauerit, no-  
tauerit, vel aurum, vel colorem aliquem il-  
lis imposuerint, aut quicquam aliud super  
induxerit, aut depingi, vel miniari fecerit,  
vel illos venales proposuet, aut tenue-

rit, eo ipso sc̄ētētia ex cōmunicationis infici tur. Ex constitutione fœlicis recordationis Gregorij decimi tertij quæ incipit: omni certe studio. edita sub Dat. Romæ octauo kalen. Junij. 1572.

*Contra Dominos temporales et ciuitatum, ac locorum Recltores permit tentes Taurorum spectacula et agitaciones.*

**C**iuitatum & locorum domini, aut rectores permittentes in suis ciuitatibus terris oppidis, & locis fieri in foro, vel circa taurorum & aliarum ferarum spectacula sententiae excommunicationis ipso facto subiciuntur. Ex cōstitutione Pii quinti, quæ incipit de salute gregis. Dat. Romæ kalen. Nouembris. 1567. Sed hanc cōstitutionem post modum Gregorius decimus tertius ad dies tantum dominicos & festiuos restrinxit, & limitauit. Sed personas ecclesiasticas in sacris constitutas talibus spectaculis interessentes eadem sententiæ ex cōmunicationis ipso facto duinxit.

*Contra*

*Contra prælatos et superiores monasteriorū  
monialium qui ad illa non comita-  
ti et citra casus necessarios  
ingrediuntur.*

**P**relati & superiores monasteriorū mo-  
nialium, quę ex decreto Cōciliij Tridē-  
tini alterius licentia ingrediēdi ad illa nō  
indigent: si id faciant, præterquam in casi-  
bus necessarijs, & tunc aliter quam pro-  
bis eisq; senioribus ac religiosis personis  
commitati, censuris ecclesiasticis alligan-  
tur: nimirum, si Episcopi fuerint, pro pri-  
ma vice ingressu ecclesiae interdicuntur:  
pro secunda, à munere pontificali, & à di-  
uinis suspenduntur: ac deinceps ex com-  
municati existunt: Regulares vero ex co-  
municationis sententiam eo ipso incur-  
runt, ex constitutione Gregorij decimi  
tertij quę incipit: dubijs Dat. Romæ die  
23. decembcis. 1581.

*Contra dominos temporales locum ad  
duellum priuatum conce-  
dentes.*

## DECRETA

**D**omini temporales locum ad monachiam, & duellorum pugnam cōcedentes, quibus a Concilio Tridentino sessione. 25. cap. 19. de reformatione, imposita est eo ipso sententia excommunicationis, per inde illam incnrrunt, vbi nullis patrinis, nullis que socijs conuocatis, ac nullis prēcedentibus prouocatorijs literis ex condicō, statuto tempore singulare duellum initum est, aesi publico illo & consueto abusu duelum commissum fuisse. Ex constitutione Gregorij decimi tertij quę incipit, ad tollendum. Dat. Romæ nonis decembris. Anno 1582.

*Contra extorquentes iuramenta illi citi  
a prælatis, et locorum rectoribus  
et officialibus in illorum ad-  
missione.*

**Q**ui iuramenta illicta impossibilia. dñ  
nofa, vel etiam ecclesiasticæ libertati  
vel decretis Concilij Tridentini obuiantia  
a prælatis cum ad ecclesias primo acce-  
dunt, vel canonicis, cum agitur de illis re-

cipiēdis,& inter laicos à potestatibus ciuitatumq; castrorum ac terrarum rectoribus, vel officialibus cum de illorum assūptione, vel admissione tractatur , exigunt, aut extorquent, aut illos iure iurandi religione ad quædam statuta illicita imposibilia damnoſa vel eccllesiastice libertati aut decretis dicti Concilij obuiātia astrin-gunt,censuris ecclesiasticis ipſo facto afficiuntur: Episcopi videlicet à diuinis ſuspenduntur: Capitula vero,& conuentus, eorumq; ecclesiæ,& loca omnia interdictosupponuntur,ac singulares personæ ex comunicationis ſententia innodantur ex constitutione Gregorij decimi tertij quæ incipit,inter apostolicas. Dat. Romæ nonis Septembris. 1584.

*Contra regulares admittentes ad habitū et  
professionem ex sacrilegio, aut  
inceſtū natos.*

**S**uperiores ordinum quorumcumque, qui ex sacrilegio aut ex incestu genitos, quorum ſcilicet parentes consanguinitate,

nitate, vel affinitate iu[n]tra tertium gra-  
dum inuicem coniuncti sunt, vel quorum  
alteruter parens castitatem deuouerit, ad  
habitum receperint, vel ad professionem  
admisserint, sententi am excommunicatio-  
nis ipso facto incurruunt cuius ab iolutio-  
Romano P[er]tifici dum taxar reseruatur ex  
constitutione S[an]ctissimi. D.N. Sixti quin-  
ti, quæ incipit. Cum de omnibus Dat: Ro-  
mæ sexto kalen. octobris. 1587.

*Centra clericos mala promotos et  
illorum ordinatores.*

**S**i quis Episcopus vel Abbas ad primā  
tonsurā minores que ordines subdi-  
tis suis cōferendos facultatem habēs, quē  
cunquę secularem, vel cuius vis ordinis  
aut militię regularem prēter iuris cōmu-  
nis & Concilij Tridentini dispositionē,  
aut alias male clericali charactere insigni-  
uerit, aut ad ordines minores vel sacros  
promouerit, à collatione quorumcunque  
ordinum, atque ipsius tonsurę, & ab exe-  
cutione omnium munerum pontificaliū  
eo ipso

eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existit. Cuius interdicti suspē sionisq; relaxatio Romano Pōtifici reser uatur. Et nihilominus clerici qui sic male promoti fuerint ab executione, ministe rīo & excrcitio ordinum susceptorū om niue spe, & facultate ascendēdi ad alios superiores perpetuo suspendūtur. Et si in eis ministrare præsumpserint, illos sic ef fectos irregulares solus Romanus Pontifex ex huiusmodi censuris potest soluere & liberare ex constitutione Sanctissimi D.N. Sixtiquinti, quę incipit, sanctum, & salutare Dat. Romę nonis Ianuarij. 1588,

*Contra habentes licentias ingre diendi seu permanendi in monasteriis monialium.*

**O**mnes licentiæ ingrediendi mona steria monialium quibuscumque per sonis cuiusuis sexus, status, & conditionis sub quibuslibet formis & tenoribus con cessę reuocatę fuerunt per Gregoriū de cimum tertium in constitutione, quę inci pit.

pit. Vbi gratiæ, Dat. Rom idib<sup>9</sup> Iun - 1575.

Et pari modo omnes licetiæ ad huiusmodi monasteria, seu loca ingrediendi, & inibi permanendi mulieribus concessa, reuocata sunt per constitutionem Sanctissimi. D.N. Sixti quinti quæ incipit: sancti monialium Dat. Romæ dic quinto Ianuarii. 1589. Qui igitur In monasteria seu loca monialium ingredi, aut inibi permanere vigore alicuius prætentæ licentie ausus fuerit, in pœnam incidit excommunicatio latæ sententiæ cuius absolutio Romano Pontifici dum taxat reseruatur ex duabusupradictisconstitutionibus. Eum vero, qui ob ingressum monasterij monialium excommunicatur ex decreto Cœciliij Tridentini. ses. 25. c. 5. de regularibus confessarius potest absoluere, quia nō est reseruata absolutio.



SINO-

1b

XIV  
562(v)

S Y N O D V S  
DIOEC E S A N A V A L E N -  
T I N A C E L E B R A T A D I E . 2 5  
mensis Octobris Anni. 1590. preside co  
dem Illustrissimo ac Reuerendissimo  
D. Ioanne Ribera Patriarcha  
Antiocheno & Archie  
piscopo Valétino.



Valentiæ apud Aluarum Francum & Gabrie-  
lem Riba, Anno. 1594.

... en el que se ven las imágenes de los tres reyes magos. A la derecha, un león rampante que sostiene un escudo con un sol naciente. A la izquierda, un león rampante que sostiene un escudo con un sol naciente.

3

# IOANNES RI-

BERA PATRIARCHA AN-

tiochenus & Archiepis. Valentinus

omnibus suœ diæcesis páro-

chis. Salutem.



ID EBDIMV R fortassis  
se nimis propere post Sy-  
nodum diæcesanā hoc codē.  
anno postremo celebratam  
et nunc hanc alteram cō-  
gregasse. Non certe multi-  
plicandi leges studium, quibus in nostra dio-  
cesi ecclesiastica disciplina abundat: aut tē-  
poris orium depellendi, quod pastoralis eurā  
non patitur. labort m iterasse compulit: am-  
biguus rerum eventus, et difficilis negotio-  
rum progressus effecerunt, ut quod antea su-  
periori Synodo statuere cogitabamus in op-  
portunius tempus distulissimus. Cogebat  
presbyterorum paupertas eleemosinam pro-  
missarum celebratione augere. Sed ex hausti-

**A**populi querimonia timebamus. Appulerunt  
interim Domini Nostri Philippi Regis Ca-  
tholici literæ status clericorum inopia labo-  
rantium miserti, quibus & nos ad eam sub-  
leuandam in diœcesanā Syuodo statim congre-  
ganda exhortabatur obnixe & ciuitatis cō-  
jules ea de re admonebat. Quo factū est, vt  
præcocem hanc cōgregationem habuerimus,  
cuius & si breuis materia est, grandis tamē  
& necessaria pro ecclesiasticorū & diuini cul-  
tus reparacione. Vestrum igitur erit quæ in  
ea sancita sunt ad vnguem exequi: vt ad lau-  
dem omnipotentis Dei obsequij vestri fru-  
ctus accrescat. Dat. Valen. die. 26. mēsis Oo-  
zobris anni. 1590.

Expositio Expositio

Quod

## SYNODI.

*QVOD PRO ELEEM O SY-  
na missarum dentur tres solidi.*

## DECRETVM. I.

**N**on possumus non egre ac dolenter ferre cum communes humanarū miseriā casus, tū maximē huius nostri Archiepiscopatus sacerdotum inopiam, qua non solum in comparandis, quę ad conuentum illorum statui vestitum, sed & in his etiam acquirendis, quę ad communē victum sunt necessaria, plurimum laborat adeo. n. hęc duo nostro hoc tempore diffīcilia esse experimur, vt vix alteri tantum sufficere possint. Qua propter cogūtur illorum multi eiusmodi negotijs tractandis se immiscere, quę dignitatem sacerdotalem minime decēt: vt ipsam in sacerdotialem habitum animi propensionem, ac deuotionem in viris ipsis secularibus imminui quodā modo videamus. Qua propter his malis pro nostro munere aliqua faltem ratione occurrentum fuit: qua etiam

## DECRETA

Si non omnino hęc incommoda vitari pos-  
sint, quę tamen prorsus depellere cęquum  
& D. Pauli Apostoli doctrinę consonū  
est, istamen modus saltem adhibetur,  
qui his, quę naturę sunt necessaria, possit  
mediocriter sufficere. Cum igitur videa-  
mus, eleemosynas, quę missis celebrādis  
hoc nostro tempore sunt assignatę, tēnio-  
res esse, quam vt tantę sacerdotum eges-  
tati subuenire possint: quodque si vendi-  
bilium rerum precia illius tēporis, in quo  
hęc prescriptę sunt elemosynę, cum tāta  
nostrī temporis rerum omnium caritate  
conferantur: possent nunc quidem iuste a  
nobis hęc sacerdotum emolumēta magis  
adhuc augeri, nihilominus hunc in modū  
statuendum esse duximus, & synodo ap-  
probāte statuimus, vt scilicet missarū quę  
votiuę dicuntur eleemosyna trium sit so-  
lidoruur missarum vero perpetuarum tā  
beneficiorum, quam alterius cuiuscunq;  
modi, quatuor sit solidorum: si quę vero  
missae reperiantur, quarum eleemosyna  
huius,

# SYNODI.

7

huius, vel maioris sit valoris, in eodem il-  
læ statu relinquuntur neque n. de illis hoc  
nostro decreto aliquid innouatū esse vo-  
lumus.

*Sepulturæ pauperum a rationali  
scribātur.*

## DECRETVM. 2.

**M**Andamus in singulis nostri Archie-  
piscopatus ecclesijs omniū pauperū,  
qui gratis sepeliūtur, tā virorū, quām mu-  
lierum, tam infantium quām adulterū se-  
pulturas à tationali ipsius ecclesię in libro  
describi, per inde atque diuitum sepultu-  
ræ describūtur. Huius n. rei incuria factū  
est, vt multa sequentur incommoda: ad  
de, quōd æquum sit, ea in re pauperū, etiā  
si mendicantes fuerint, rationem haberi,  
vt ipsorum habetur diuitum.

*De ceremonijs in solenni missæ  
officio obseruandis.*

## DECRETVM. 3

**Q**uamuis in ecclesijs perspicuum esse  
opporteat, quibus ceremonijs, & quā  
modo appo-

## DECRETA

appositis in missarum celebratione præbiteri utidebeanr; quales propriæ illæquidem, & accommodatæ in Romanis Missalibus regulis, & infe. re. Pij quinti proprio motu traduntur: Nos tamen de his ceremonijs exequendis, quæ in missa cantu celebrandâ, & in officio solenni obseruandæ sunt, nihil hactenus in hac nostra ecclesia, & alijs shuius diœcesis ob difficultates aliquot, quæ se se offerebant, statuimus: in priuatis, n. missis nihil de ceremoniarum usu statuendum fuit, cum in eis propriæ illæ ac veræ ceremoniæ ad vnguem in tota diœcesi obseruentur, sublatis iam omnib<sup>9</sup> quæ contra illas introducta esse videri poterant. Quia tamen in solenni officio, & in missis, quæ cantu efferuntur, videmus non nullas in hac nostra diœcesi ceremonias feruari, quæ prædictis Romani missalibus regulis repugnant, alias vero, quæ quamuis contrariæ illis non sint, ipsorum tamen dutaxat ministrorum, & populi priuata deuotione nituntur: visum nobis fuit, illas omnes

omnes ad prædictas Romani missaliſ regulas reuocare:has vero,in quibus piè id fieri poterit,aliquo etiam modo conſervuare.Quam obrem electis ab admodum reuerendo metropolitanæ ecclesiæ noſtræ capitulo canoniciſ aliquot,qui ad eā rem pertractandam nobis affiderent,regulas quasdam,& obſeruationes circa eas tantum ceremonias,que in hac ecclesia & diocesi necessario erant reformandæ,& stabiliendæ,præſcripſimus,& in ordinem redigim⁹: reliquas vero ad ſupradicti missaliſ regulas in quibus de ceremoniarum modo fuſiſſime agitur,reuocantes ac remittentes, illas vna cum præſenti synodo typis mandari præcipiemus. Quare hoc noſtro decreto statuimus,atque iubemus ut in posterum tam in noſtra metropolitana ecclesia,quàm in reliquis huius diocesis collegiatis & parochialibus ecclesijs prædictæ ceremoniæ diligēter ac perpetuo iuxta regulas,& obſeruationes à nebis in ordinem digestas custodiantur,

ro DECRETA  
& obseruenrur: quas mandamus scriptas,  
& tabellæ affixas, & appendentes in sacrificiis  
à rectorib⁹, & vicarijs reponi, & collo-  
cari: vt sacerdotes ac reliqui ecclesiarum  
ministri per illas discere possint, quid ip-  
sis in his, quę ad missæ ceremonias spec-  
tant, sit agendum.

R E G U L A E P R O M I S-  
S A E S O L E M N I S  
ceremonijs.

*De missa principali pro defunctis.*

**M**issam principalem quę prima die cu-  
juscunq; mensis (exta, tēpus Pascha-  
le) nō impedita officio duplici, & semidu-  
plici generaliter pro defunctis sacerdo-  
tibus benefactoribus & alijs, iuxta rubri-  
cas generales missalis Romani iussu fœli-  
me. Pij Papæ quinti nuper editi dicenda  
est, in Archiepiscopatu Valentino hacte-  
nus præter missam inuenimus eam igitur  
de cetero, (vt regulas missalis exequa)  
mur in altari maiori loco missæ conuen-  
tualis

tualis in metropolitana & Collegiatis ecclesijs celebrandam fore decernimus in quibus (nequidquam ad officij integritatem omittatur) etiā alteradefest o simplici si occurrat, vel de feria, si propriam habeat aut de præcedēti dominica resumenda sit, decantetur. Sed in ecclesijs non collegiatis vna tantum missâ de die cum commemoratione generaliter pro defunctis dicatur.

*De oratione in missa.*

**I**N festis duplicibus, in quibus ecclesia vnicam eamq; insignem solemnitatem celebrat, vnika tantum in missa & officio recitetur oratio: nisi commemoratio de dominica, feria, octaua, aut de altero festo fieri debeat, nec tunc addatur illa collecta: & famulos tuos, que pro ecclesiæ & regum statu recitari solet. In reliquis autem diebus in missa cōuētuali & in officio dicatur.

*Quando duæ missæ decantari debent.*

**I**nferijs quadragessimæ, quatuor temporum, rogationum & vigiliarum, in quibus

## DECRETA

quibus festum duplex vel semiduplex aut octaua occurrit ecclesia metropolitana & collegiatæ nostre dioecesis duas debet decatarc missas. Vnam de festo eius diei post tertiam, altera deferia post nonam. Quod si in rogationibus processionaliter ad aliā ecclesiam vel monasterium statio facienda sit, secunda missa de feria in ea statione cantetur.

*De fonte ad abluedas manus.*

**V**T tota ceremonialis sacre missæ undique splendeat disciplina, & in rubricis romani missalis seruetur ordo dispositus: præcipimus tam in metropolitane quam collegiarum, & parochialium ecclesiarum sacristijs fontem ad abluedas sacerdotum manus, qui se admissam celebrandam accingunt) preparari; qui vel partiti infixus, vel pensilis aquam prebeat cum linostina palla ad extergendum. in capellis autem principalibus ecclesiarum ubi peculiares sacristiæ existunt idem seruetur. & in eisdē sacristiis sacerdotes in proximis

ximioribus capellis vel altaribus celebra-  
turi sese induant, indeq; egrediantur in-  
duti:ne super eis, apud quę celebrant alta-  
ria, vestiantur, quod fieri omnino prohi-  
bemus cuius rei executio pro locoruin &  
ecclesiarum dispositione ad nostros perti-  
neat visitatores.

*De missæ priuata ministro.*

**N**E presbiteri celebrātes idoneo desti-  
tuuntur ministro in metropolitana  
ecclesia Valētina sex pueros talari veste  
violacci coloris & rocheto indutos, qui  
iuxta altarium stationes diuisas ad stantes  
missas priuatas celebrantibus inferuant,  
cum salario competenti deputandos esse  
censemus. in reliquis autem ecclesijs, quo  
ad commode fieri poterit per capitula in  
collegiatis, & nostros visitatores & recto-  
res in parochialibus facro missæ priuata  
ministerio pto spiciatur.

*Quando sacerdos & ministri de  
sacrificiis excunt,*

*Dum*

**D**Vm induit sacerdos vestimenta in sacristia silentium & attentionem diligenter custodiat, easq; orationes, que in missali continentur, ad singula paramenta deuotè recitet, quibus indutus ex sacristia ad altate oculis demissis, incessu grāui, erecto corpore & cooperto capite birreto, incedat: ad altare maius caput inclinet, & ad locum sacramenti genuflectat, si eo contigerit transire: si alicubi sacramentum eleuatur detecto capite genuflectat: neminem verò obuium salutet diaconus, & subdiaconus, si solemniter celebrandum sit, idem omnino obseruent. Sed neq; sacerdos cū ministris alicui personæ preterquam prelato in sua diœcesi, vel loco iurisdictionis, caput inclinet, aut reuerentiam faciat. Iubemus tamen vtdū ad altare proceditur sacerdos vna cum ministris recitet voce summissa psal- De misereatur nostri, vel alium psal. iuxta consuetudinem ecclesiæ Valentiæ.

*De cussino e gradu infimo altaris.*

Licet

**L**Icet in rubricis librū missale super cuius  
sino aperiri debere dicatur: non prohibe-  
mus tamen illud super atrili collocari.

*Celebrans coram p̄lato.*

**S**i aliquis presbiter coram Cardinale, Pa-  
triarcha Archiepiscopo vel Episcopo  
in eorum residentijs vel loco iurisdictionis  
solem niter celebrauerit, stans a sinis  
stris prelati, ( si in eadē capella commod⁹  
& altari vicinus assistat) cum eo simul stan-  
te faciet confessionem, ceteris ministris in-  
terim respondentibus & genuflexis.

Si vero coram eisdem priuate celebra-  
uerit stans ad infimum gradum altaris no[n]  
in medio sed ad latus leuum epistolæ incli-  
natus expectet, & dato signo a prelato in  
eodem loco persistens, versu s ad latare fa-  
ciet confessionem, qua finita inclinans se  
prelato veniet ad medium altaris, & facta  
humiliatione prosequetur: aufer anobisi  
quæsumus domine, etc.

*Quādo hebdomadarius de choro ad  
sacrificiā vadit.*

In nos-

**I**N nostra metropolitana ecclesia Valentina promore antiquo feruatū est in chōro quod, hebdoma darius celebraturus, cepta hora, quę ptoxime ante missam conuentualem cantatur, descendit ad mediū chori prope altare crucifixi vbiq; cum ministris hinc inde versus altare maius reuerentiam facit, incipiensq; hymnum : veni creator spirit⁹, &c. Submissa voce alternatim ad sacristiam procedit quæm. morē de cetero etiā in alijs ecclesijs vbi commode fieri poterit, volumus obseruari.

*De formis incensandi altare.*

**V**T in omnibus ecclesijs nostræ diocesis eadem incensandi forma seruetur, & eodem more ab omnibus peragatur, statuimus iuxta ritum & morem Pontificalis: ut vbi primum facta confessione celebrans ascendet cum ministris ad altare, statim illud osculetur. Deinde benedicat incensum oblatum in cochleari, ministrante diacono nauiculam & turiferario tibulum & cocleare exhibente: producat

de inde

deinde signum crucis dicens: ab illo bene dicaris in cuius honore cremaberis. Postea diaconus reddita nauicula turiferario accipiet ab eo turibulum & dabit celebrati, osculata prius eius manu: celebrans vero facta cruci vel imagini in medio altaris positæ reuerentia ipsam crucem vel imaginem incensabit ter illi turibulum ducens tum facta inclinatione imaginem aut reliquias a dextris illius, si fortasse ibi positæ fuerint, bis ante illas turibulum ducent, & facta iterum cruci vel imagini reuerentia incensabit eodem modo imaginem aut reliquias ad sinistram positas, & facta iterum reuerentia prosequitur ad cornu epistolæ incensans imagines vel earum loco candelabra semel singulis turibulum ducens. Deinde manus inclinans seu demittens incensabit posterius cornu epistolæ bis idem turibulum ducens: tum eleuans paululum turibulum reuertetur versus cornu euangeli, incensando continue superiorem partem altaris, scilicet tabulam seu superficiem

Y

altaris

altaris, & procedens ante crucem facta ei  
reuerentia: incensabit eodem modo ali as  
imagines seu candelabra in cornu enange-  
li, & illius postremam partem altaris infe-  
riorem & superiorem tabulæ. De inde to-  
tam anteriorem usq; ad extremum altaris,  
videlicet usq; ad cornu epistolæ, facta pri-  
mum cruci reuerentia cumante eamtran,  
sit: ubi in cornu scilicet epistolæ reddito  
turibulo diacono ministranti & fimbriam  
vestium deferenti, ab eo ipse solus incen-  
satur, interim dum sacerdos incensat alta-  
redicet psal: dirigatur domine oratio mea.  
usq; in finem cum gloria patri etc. Sed du-  
ipse incensatur dicat versiculum. Non no-  
bis domine non nobis etc.

Quando incensantur oblata: ad bene-  
dictionem incensi dicat celebrans: per in-  
tercessionē beati Michaeli archāgeli st̄atis  
a dextris altaris incēsi & omniū electorū  
dignetur dominus incensum istud bene-  
dicere, ut cum odore suavitatis ascendat:  
in nomine patris etc. De inde accepto tu-  
ribulo

ribulo incensat oblatā ter ducens turibulum super calicem & hostiam simul, in modum crucis & ter circum calicem & hostiam scilicet bis ad dexterā ad sinistrā, & semel ad sinistram ad dexteram dispensans [verba in qualibet incensa tione hoc modo : in primis : incensum istud : in .2. à te benedictum in .3. ascendat ad te Domine : in .4. & descēdat super nos .in .5. & .6. misericordiatua. Deinde incensat altare ut supra dicens : dirigatur oratio mea domine usq; in finem psalmi.

*De missa defunctorum coram prelato.*

**Q**uando missa solemniter celebratur pro defunctis coram Cardinale, Patriarcha Archiepiscopo vel Episcopo in locis suis cuiusq; residētiæ vel iurisdictio-  
nis, cantato euangelio liber euangeliorū deferatur de osculandus prelato.

*De osculo missalis post euangelium.*

**C**elebrans non incipiat: Credo, nisi prius de osculato libro en angeliorum, con-  
traria consuetudine ecclesiæ Valentinen-

## DECRETA

obstante, & statim post decantatum euangelium concio habeatur, si prædicādum sit, post cōcionē vero statim dicatur Credo.

*Officium Diaconi*

**D**N missa solemni finito a choro : & homo factus est diaconus accedit ad abacū seu credentiam prope altare pro loci cōmoditate dispositam, & inde accipiat corporale cum bursa, quam deferat eleuatam & ambabus manibus usq; ad oculos erectam & facta altari reuerentia super illud eam collocet, extrahat, & explicet corporalia.

*Officium Subdiaconi.*

**D**icto a celebrante oremus, dum legitur offertorium, Subdiaconus accedit ad abacum seu credentiam & accipiet calicem cum patena & hostia & palla, quē cooperit velo ab humero pendenti, & sic ad altare procedat, cui primum in medio reuerentia facta accedat ad cornū epistolæ, & ibi tradet illum Diacono, qui calicem amouebit, deteget, dabitq; patenam cum hostia.

hostia celebranti, Subdiaconus vero extergit calicem purificatorio, & Diaconus imponet vinum Subdiaconus inter in ampullam aquę ostendet celebranti, & ab eo benedictionem postulabit.

*De Patena.*

**D**icto per celebrantem offerimus tibi domine calicem etc. Expletoq; offeritorio Diaconus det Patenam Subdiaceno indextra manu, quam cooperiet extremitate veli ab eius humeropendentis qui vadet post celebrantem ante medium altaris & ibi sta bit in loco conuenienti.

*De incensatione chori.*

**P**ost incensata oblata & altare eo more quo supra dictum est Diaconus cū duobus accolitis & duabus cho ri turiferarijs, qui capis induuntur (si solemnitas diei exigit) se comitantibus, descendat ad chorū ibiq; incenset cho ri rectores facistorio adstantes, de inde tradens turibulum alteri ex acolithis, eisdem acolutis sociatuar edeat ad altare, ibiq; accepto turibulo

Subdiaconum incenset stantem & tenentem patenam. Et ipse Diaconus tradito tribulo alteri ex turiferarijs, ab eo incense tur & ad suum locum iuxta celebrantem reuertatur, turiferarius vero stans ad portam capella maioris in medio versus populum, inde populum incenset ter super eum ducens turibulum scilicet ad dextrā, sinistram, & medium. Interim vero statim post discessum Diaconi a choro, illi chori turiferarij cappis induiti ad incensandum totū chorū procedant prout moris est in quo, dum incensantur stare debent omnes. Qui tritus incensandi chorū & populum in omnibus ecclesijs Valētinæ Dioecesis quo ad fieri poterit pro cuiusq; dispositione & conuenientia, seruetur.

*Diaconus sine Cruce procedat ad petendam benedictionem a prelato.*

**Q**uando missa solemniter celebratur presente in choro in capella Archiepiscopo Valentino, Diaconus cantaturus euangelium librum deferens euangeliorum

rum hora competenti cum acolitis & virgario dum taxat precedentibus accedet ad Pontificem ut ab eo accipiat benedictionē: reuersus autem ad altare stans ante gradus altaris & facta ei reverētia expectabit Subdiaconum, qui sumpta cruce de altari eam manibus complectens & velo a collo pendente cum ceroferarijs & luminarib⁹ accensis precedentibus descendet de alta tari, & subsequēte Diacono omnes ad pulpitū procedant, vbi Diaconus dicto Dominus vobiscum, incensat librum euangelij, & de inde crucem quam Subdiaconus manibus tenet.

*De osculo euangeli per Pontificem.*

**D**icto euangeli Diaconus & Subdiaconus cum cruce, & luminaribus ad gradus altaris consistent. Tunc Subdiacon⁹ ad celebrantem ascendet, ciq; crucem osculandam offeret qui dum osculatur, dicat adoramus te Christe & bened. etc. eamque in altari reponet. Diaconus autem cum acolitis & virgario & libro euangeliorum

aperto suprapectus facta prius aitari recue  
rentia veniet ad Pontificem. & stans corā  
eo claudet librum brachijs complectens,  
& ita faciet reuerentiam. Qua facta librū  
aperiet offeretq; Pontifici osculandnm e-  
uangelium, qui stans illud osculatur stante  
similiter Diacono. Deinde Diaconus clau-  
det librum & genuflectet manumq; Pon-  
tificis osculabitur, & facta reuerentia Pon-  
tifici aperiet iterum librum, & reuerteretur  
ad altare, celebtantiq; osculandū offret.

*Intortitia ad eleuationem Sacramenti.*

**A**Eleuationem corporis & sanguinis  
Domini nostri Iesu Christi dum sole-  
niter celebratur missa conuentualis in ec-  
clesia metropolitana Valētina duo ex pue-  
ris depūtati qui candelabra deferre solent  
cum superpelliceis exēant desacristia duo  
intortitia alba accēsa deferentes, qui ante  
gradus altaris hinc inde genuflexi assistat  
dum eleuatur sacramentum. Qua eleuatio-  
ne finita facta profunda reuerentia Sacra-  
mento discedant.

Qui in-

*Qui incensare debet sacramentum.*

**I**N eleuatione sacramenti vnu ex acoli-  
tis, (aut in ecclesia metropolitana) alter  
ex capellani camerarijs incenset sacramē-  
tū genuflexus a cornu epistolæ, & ipse met  
incensum ponat in turibulo.

*Beneficia destinanda ad seruitium altaris.*

**V**er ministrorum ad officia & obsequia  
altaris maior suppetat copia, & certæ  
sint personæ ad hæc munera destinatae, ali-  
qua beneficia simplicia in sede Valentina  
instituta iuris patronatus ecclesiasticorum  
Archiepiscopi vel capituli videntur desig-  
nari & deputari. Ea propter beneficia hu-  
iusmodi primo vacatura de nostri capituli  
consensu, ad officia in altari māiori explē-  
da exercendaq; destinamus: videlicet ad  
deferenda intortitia accensa in eleuatione  
Sacramenti aliaq; munera quę magis ad al-  
taris divini cultum & ornatum censem-  
tur opportuna. inter in vero dum hæc de-  
bitę executioni mādantur, constitutio seu ca-  
put quod incipit ad eleuationē. obseruetur

## DECRETA

*Diaconi officium.*

**D**Vm dicitur in missa solēni Pater noster circa finem orationis Subdiacon⁹ reuerteretur seu accedit ad altare , & genuflexus in vno gradu altaris offert patenā Diacono, qui eamdis cooperit , & dat celebranti osculans eius manum purificata prius patenā purificatorio.

*De osculo pacis.*

**D**iaconus accepta pace à celebrante & sacramento in altari adorato, vertit se ad Subdiaconum retro post celebrantem, qui similiter à Diacono accepta pace facta prius altari genuflexione comitatus acoluthis & virgario vadit ad Pontificem si presens sit Pontifex in choro, portans imaginem dextra manu eleuatam palla etiā ad collum circumamictus , qui stans corā Pōtifice recondat imaginem ad pectus operiens eam sumitate pallæ, & sic faciat Pontifici reuerentiam, tunc discooperiat imaginem & eleuatam offerat Pontifici osculandam, qua osculata Subdiaconus iterum recom

recondat imaginē & genuflectat ac parū  
per recedat faciatq; reuerentiam Pontifi-  
ci, postea detecta imagine & eleuata ad al-  
tare reuertetur, acoluthi autem à Subdia-  
cono pace accepta dant omnibus in cho-  
ro existentibus per ordinem. Si vero non  
ad sit prelatus, Diaconus porrigit pacem  
Subdiacono, Subdiacon⁹ autē tradit eam,  
acoluthis qui deferant eam ad chorū.

*Post Communionē quid agendum.*

**S**umptis ablutionibus, Diaconus dferat  
missale ad cornu epistolæ, Subdiaconus  
vero vadit ad cornu euangelij, & purificat  
calicem, plicat corporalia, & omnia defert  
ad credentiam sicut ex ea ad altare aspor-  
tauerat.

Finita missa celebrans redit ad sacristiā  
cum ministris cooperto capite sicut vene-  
rat dicendo: trium puerorum cantemus  
Hymnam.

*In missa solemini defunctorum absolutio.*

**F**inita missa defunctorum prout in re-  
gulis missalis habetur, si facienda sit ab-  
solutio

solutio celebrans retrahit se ad cornu epistolæ exuitur cassula, & deposito manipulo accipit pluuiiale nigrum, qui vero defert crucem medius inter ducs acolutos cāde labra accensa portantes pr̄ eccl̄ occedit precedētibus duobus alijs acoluti s vno cum thuribulo, & nauicula: altero cum aqua benedicta & aspersorio, & sequitur celebrans & Diaconus à finistris. Crux vero sistitur in loco parato ad caput contra altare, celebrans vero ex alia parte versus altare, & à finistris Diaconus & alij duo acoluthi deferentes vas aquæ benedictæ, & turibulum interim cantatur responsorium. Cum dicuntur kyrie eleison celebrans ponit incésum in tūribulum ministrante Diacono nauiculam cœpto pater noster accipit aspersoriū de manu Diaconi, & facta altari reuerentia cōmitante Diacono à dextris & tenente fimbriam anterior em pluuiialis, aspergit circa cumiens locum paratum: cū trāsit crucem profūde inclinat, Diaconus vero genuflectit, & rediens ad pristinum locum de manu

de manu eiusdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo asperserat, incensat. postremo Diacone tenente librum orat iunctis manibus dicens: et nenos indicas intentionem etc. Cum alijs. & orationem: absoluere quesumus domine, ut in ordinario, & postea dicentes: requie eternam etc. facit crucem manu dextera super locum paratum, & dicto per cantores: requiescant in pace, precedente cruce redit cum alijs ad sacrarium.

*De hora celebrandi missam.*

Missa conuentualis & solennis in festis duplicibus & semiduplicibus in dominicis & infra octauas, cantetur dicta in choro hora tertia.

In festis simplicibus & feriis per annum cantetur dicta in choro hora sexta.

In aduentu, quadragesima, quatuor temporibus, & vigiliis que ieunantur cantetur dicta in choro hora nona.

Missa defunctorum solemnis que diciuntur in anniversario cantetur finita in cho-  
ro hor

ro hora prima immediate.

*De ordine sedendi standi & genuflectendi in missa solemni.*

**C**elebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum sedere possit a cornu epistolæ iuxta altare, cum cantatur kyrie eleyson, gloria in excelsis Deo, & credo. a liotepore stet ad altare, & genuflectat quando oportet: ut in regulis missalis. Item genuflectit quando legitur euangelium: in principio erat verbum ad illa verba; & verbum caro factum est, & euangelium: cu natus esset Iesus, ad illa verba: & procedentes adorauerunt eum. Item euangelium feriæ quartæ post dominicam quartam quadragesimæ ad illa verba in fine: & procedens adorauit eum. Et cum Diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, celebrans & circumstantes versus altare genuflectant: acolithi candelabra tenentes non genuflectant. In missis autem priuatis circūstantes semper genuflexi debent assistere pre-

præter quam ad euangelium: reliqua ut in missali obseruentur.

*De coloribus & qualitate paramentorum.*

**C**Vm ecclesia Romana quinq; dum taxat coloribus vtatur in paramentis altaris, celebrantis & ministrorum in officio missæ iuxta differentiam festorū quæ celebrantur videlicet albo, rubeo, viridi, violaceo & nigro, in regulis in missali Romano dispositis cuiq; celebrandorum festorum quis color adhibendus sit erit videare, quæ omnino obseruentur & in appendicabilla in sacristijs conspicienda omnibus scribantur.

*Nigro colore vtitur.*

Feria sexta in parafceue, & in missis defunctorum.

*De vestimentis celebratis & ministrorum.*

**I**n officio missæ celebrans semper vtitur planeta super albam. Si autem fit Episcopus, & solēniter celebrat, super dalmaticā

**Dalmatica & tunicella.**

Pluuiali vtitur in processionibus, & bēdictionibus, quę fiunt in altari. Item in officio laudum, & vesperorum, quando solemniter dicuntur eodem vtitur assistens celebranti in missa Pontificali. Item quando celebrans post missam defunctorū facit in fine absolutionem.

Cum celebrās vtitur pluuiali, semper deponit manipulum, & ubi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus quę fūt in altari celebrans stat sine planeta cum alba & stola.

**Dalmatica & tunicella** vtuntur Diaconus & Subdiaconus in missa solemini & processionibus, & benedictionibus quando cunque sacerdoti ministrant.

In diebus vero iejuniorū (preterquam in vigilijs sanctorum) & in dominicis, & ferijs aduentus & quadragessimæ, ac in vi vigilia Pentecostes ante missam exceptis dominica gaudete, etiam sieius missa infra hebdomadām repetatur, & dominica lēta re vigi-

re, vigilia Nativitatis sabbato sancto, in benedictione cerei & in missa, ac quatuor temporibus Pentecostes in cathedralibus & precipuis ecclesijs vtuntur plane tis plicatis ante pectus: quam planetam Diaconus dimittit cum lecturus est euangeliū, & tūc super sinistrum humerum super stolā cōplicatur, aut ponitur aliud gen⁹ stolæ latioris im modū planetæ, plicate & facta comuniōne refumit planetā, ut pri⁹ similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est epistolam, quam legit in alba, & postea illam refumit ut prius. In minoribus autem ecclesijs predictis diebus ieuniorum albā tam amicti ministrent Subdiaconus cū manipulo Diaconus etiam cum stola humero sinistro pēdente sub dextrum.

*De ordine standi & genuflettendi in choro.*

**D**ignates, Canonici, Beneficiati & reliqui omnes qui choro intersunt dum diuina officia de cantantur magna animi

Z deuo-

deuotione decoroq; corporis situ cōpositiōne & modestia adesse debēt, tāquā triū phātis ecclesiebeatorū spirituū imitatores qui corā Deo & agno in trono sedēte sua spiritualia ministeria iungiter exhibēt. Itaq; vt certa forma in choro versādi prescrii batur statuim⁹ vt dū decātatur miss⁹ introi t⁹ omnes pariter sedeāt, & dū dicitur gloria patri assurgāt. Dū autē sacerdos facit cōfessionē, omnes in suo loco genuflectāt & cōfessionē alternatim faciāt. Tēpore ve ro Paschali stātes faciāt cōfessionē paululū inclinati. Dūcātatur kyrie eleysō chorus se deatin missis autē defunctorū stet. Sedchori rectores ceterisq; facistorio aſiſtētes cātores dum cantant stare debebunt.

Cū à celebrāte incipitur gloria in excel ſis Deo, tot⁹ chor⁹ assurgat & stātes submif fa voce totū hymnum abſoluat, quo finito ſedeat, Dum cantores proſequuntur.

Quādo celebrās dicit: dñs vodiscum ante orationē chor⁹ assurgat & stet vſq; ad finē orationū (ſi diçēdæ ſint plures. In missis

autem

## SYNODI.

34

autē de feria, in aduētu Quadragesima & inferijs quatuor téporū & vigiliarū quę ie iunātur in missis etiā defunctorū dicit ce lebrās: orem⁹ omnes nenuflectūt & ad finē vſq; orationū genuflexi perfistāt, excep tis vigilijs resurrectionis pētecostes & Na tiuitatis domini.

Dū de cātātūr epistola graduales & al Ieluia chorus sedeat.

Cū Diaconus cēperit euangeliū de cātare chorus assurgere & vſq; in finē euā gelij stare debet.

Quādo celebrās incipit fidei symbo lū omnes assurgāt & stātcs totū symbolū submissa voce percurrāt, quo finito sedēat & interim dū alta voce in choro decātatur & incarnatus est, genuflectūt omnes.

Cū celebrās versus ad populū dicit do min⁹ vobiscū & oremus ante offertorium chor⁹ stet et omnes caput inclinēt dicto ve ro orem⁹, sedeat dū cātatur offertorium.

Post dictas orationes secretas cū intonat celebrās per omnia secula seculorum

Z 2

totus

totus chorus assurgat sed dum cātatur prefa-  
tio, sanctus etc. quæ in missa peraguntur,  
vsq; ad signū tintinabuli ante eleuationē  
corporis Domini Nostri Iesu Christi, om-  
nes stare debet. Quo signo dato dum eleua-  
tur corpus et sanguis omnes genuflectāt  
et adorēt, et statim cōsurgāt et stet vsq; ad  
communionem sacramenti.

In missis autē quę dicūtus deferijs aduē?  
quadragesimæ, quatuortēporū et vigiliarū  
q; ieiunātur, et in missis defunctorū finita  
prefatione à celebrāte cū cātatur sanctus  
omnes genuflectūt vsq; quo sacerdos dicat  
pax dñi sit semper vobiscum quo dicto  
chorus cōsurgat et stet dum cātatur Agnus  
Dei, quo ad vsq; celebrās sanguinē sum-  
ferit. Exceptis vigilijs resurrectionis pēte-  
costes et Natiuitatis dñi nostri in quibus  
omnes stāt sicut in alijs missis dictum est.

Adie sancto Paschæ resurrectionis vs-  
q; ad octauā pētecostes inclusiue vetustus  
ritus est in ecclesia Valētina vt cū celebrās  
in choauerit intono: præceptis salutaribus

moniti

moniti etc. ante pater noster totus chorus  
assurgat: id omnino decetero seruetur, om-  
nesq; sic vsq; ad communionem consistant.

Dū incēsatur unusquisq; in choro sta-  
re debet, neq; acolitus alios turificans  
quéquā sedētē aut genuflexum incenset.

Cū datur pax similiter stādo facta ima-  
gini debita reverentia per osculum imagi-  
nis et non aliter recipiatur.

Dū cātatur post comunio chorus sedeat.  
Adorationes autē stet postq; celeb rās in-  
tonaucrit dñs vobiscumquoad vsq; detur  
benedictio,

In missis quæ dicuntur de feriis aduē-  
tus, quadragessimæ quatuor tēporum et vi-  
giliarū quæ iciunātur et in missis defunc-  
torum dicto oremus omnes genuflectunt  
dum orationes dicuntur, vt supradictum  
est.

Genu flectit etiam chorus in euange-  
lio: in principio erat verbum ad illa verba:  
et verbum caro factum est.

*In veperis.*

Z 3

In prin-

**I**N principio dum Hebdomadarius dato signo dicit secreto Pater noster totus chorus expectas et stans sic persistere debet quo usq; dictum fit De<sup>9</sup> inadiutorium etc. Et antiphona prima cantata qua finitā vel in choata si non sit festum duplex, ea pars chori ubi est chor<sup>9</sup> et hebdomadarius facit officium, ad huc stet altera vero pars sedeat dum cātūr alternatim prim<sup>9</sup> psalm<sup>9</sup> et ad gloria patri etc. Omnes assurgāt pauplumq, detecta capita inclinēt, et stēt dum repetitur Añā, et secunda Añā cātatur vel in choatur. Incepto vero 2. psalm. illa pars chori quę antra steterat sedeat altera stāte et hic mod<sup>9</sup> inde cātādis psalmis & Añis. alternatiua statione et sessione in omnibus horis diurnis et nocturnis seruetur.

Dum dicitur capitulū et cātatur hymnus et reliqua quę in vesperis cantātur usq; in finem chorus semper stare debet.

In reliquis omnibus horis videlicet cōplectorio. Matutinis et laudibus, primaria sexta et nona semper chorus stare debet

bet p̄iccer quam dum psalmi alternis vici-  
bus cātātur: vt supradictum est in vesperis  
et dum dicuntur lectiones et responsoria  
in matutinis.

Officium minoritatis beatæ Mariæ dñ  
dicitur in choro semper chorus stet.

Officium defunctorum dum dicitur in  
choro s̄per chor⁹ sed eat preterquā dum di-  
citur paternoster in fine nocturni, et dum cā-  
tatur benedictus et psal. misere re mei. et o-  
ratio dicitur in laudibus.

Septem Psalmi penitēciales cūm li-  
tanijs dum dicuntur in choro semper genu  
flexi assistant omnes.

Psalmi graduales cum dicuntur in cho-  
ro, chorus stare debet: præces vero et ora-  
tio postdecimum psalmum dicuntur flexis  
genibus.

Quādo cunq; in choro ad horas dicun-  
tur preces feriales in aduētu quadragessi,  
ma. 4. tēporibus et vigilijs quę ieunātur  
vel litaniae extra horas, genibus flexis di-  
cuntur.

## DECRETA

Quando cunq; in choro cantatur psal.  
miserere mei Deus secun. mag. etc. tot  
chorus stare debet preterquam dicitur  
ad preces tunc. n. dicitur genibus flexis.

Quando cuncti ad laudes dicuntur psalmi.  
Laudate dominum omnes gentes, chorus  
assurgat.

In omnibus festis principalib' dñi nostri Iesu Christi et in festis beatissimæ virginis Mariæ, ad missam et omnes horas semper chorus in nostra ecclesia metropolitana Valentina stare consueuit

Laus Deo.

## ଶ୍ରୀମଦ୍ଭଗବତପ୍ରକାଶନ





Cor  
raro

3

SIN  
DIO

THE  
CATHOLIC CHURCH

IN THE DIOCESE OF

VALENTIA

1578

1584

1590

1604

1610

1616

1622

1628

1634

1640

1656

1662

1668

1674

1680

1686